




TRENT UNIVERSITY



LIBRARY  
OF RELIGION





Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Kahle/Austin Foundation







CORPVS  
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM  
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS  
ACADEMIAE LITTERARVM CAESARAE  
VINDOBONENSIS

VOL. X.

SECVLII OPERA OMNIA EX RECENSIONE  
IOHANNES HUEMER.

---

VINDOBONAE  
APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE  
MDCCCLXXXV.

---

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION  
111 Fifth Avenue, New York, N.Y. 10003

JOHNSON REPRINT COMPANY LTD.  
Berkeley Square House, London, W. 1

# SEDLII OPERA OMNIA

RECENSUIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

IOHANNES HUEMER.

ACCEDVNT EXCERPTA EX REMIGII EXPOSITIONE IN  
SEDLII PASCHALE CARMEN.

---

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCLXXXV.

---

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION  
111 Fifth Avenue, New York, N.Y. 10003

JOHNSON REPRINT COMPANY LTD.  
Berkeley Square House, London, W. 1

LR BR 60 .C6 v.10

# PROLEGOMENA.

## I.

Sedulius, de cuius uita et scriptis alio loco <sup>1)</sup> fusius tractauimus, postquam saecularibus studiis colendis uim inpatientis ingenii non utilitati animae sed inani uitae dependere, litterariae sollertia disciplinae lusibus infructuosi operis non auctori seruire sibi uisus est <sup>2)</sup>, ad Christi miracula uersibus describenda ob hoc maxime accessit, ut alios exhortationibus ueritatis ad frugem bonae messis inuitans si quando infirmitatis humanae uitiiis forsitan lacessitus inpugnaretur, uerbis propriae disputationis ammonitus metueret et qui furta prohibuisset fur uideri uereretur et qui rectae soliditatis iter ostendisset procliuioris lubrici periculosa sectari et clipeo dominicae protectionis armatus inimicae iaculationis tela facili repulsione contemneret <sup>3)</sup>. Volumen confectum, cui nomen PASCHALIS CARMINIS inposuerat <sup>4)</sup>, poeta Macedonio presbytero, rerum suarum patrono, obtulit perlegendum, qui Sedulio respondit ac praecepit ut carmen in rhetoricum transferret sermonem causis, id quod dolendum est, non adiectis <sup>5)</sup>. Neque uero opera

---

<sup>1)</sup> cf. *De Sedulii poetae uita et scriptis commentatio. Vind. 1878.* — Eodem spectant quaestiones quas postea instituerunt: C. L. Leimbach, *Ueber den christlichen Dichter Caelius Sedulius und dessen Carmen paschale. Goslar 1879* et G. Boissier, *Le carmen Paschale et l'opus P. (Journal des Savants, sept. 1881).*

<sup>2)</sup> cf. epist. ad Maced. p. 3.

<sup>3)</sup> cf. ib. p. 4.

<sup>4)</sup> cf. ib. p. 12.

<sup>5)</sup> cf. ep. ad Maced. alteram p. 171.

sua poeta siue Macedonii censura tetrica deterritus siue morte praematura impeditus ipse edidisse uidetur, siquidem Carmen indigestum et in cartulis scriptum postea Turcium Rufium Asterium exconsulem (consulem anni 494 p. Chr. n.) ordinarium atque patricium ad omnem elegantiam ordinasse et ad legentium utilitatem publicasse testimoniis <sup>1)</sup> in codicibus uetustissimis exstantibus docemur. Idem Sedulii et musarum amicus, cum ecclesia Romana canonem librorum sacrorum esset conditura Sedulii 'ueracis poetae dicta' iterum edidisse et Gelasio papae dedicasse uidetur, id quod ex epigrammate illo dedicatorio <sup>2)</sup> concludimus <sup>3)</sup>. Gelasii uero decretum de libris recipiendis uel non recipiendis, quod anno 495 uel 496 prodiisse harum rerum sciti contendunt, Sedulii carmen in hunc modum approbat et collaudat (c. 34): *Item uenerabilis uiri Sedulii paschale opus, quod heroicis descripsit uersibus, insigni laude praeferimus*. Qua summi pontificis approbatione carminis Seduliani laus iam antea peruulgata magna cepit incrementa ab eis praecipue, quos antehac Sedulii imitationem Vergilianam utpote poetae gentilis improbasse est uerisimile. Omnia abhinc fere saecula Sedulii seruauerunt memoriam. Atque non multo post Asterii editionem Liberius et Bellesarius (uel potius Liberius Bellesarius ut arbitror) <sup>4)</sup> Sedulium uersibus acrostichis ac telestichis satis tricosis exornauere et laudauere, quorum carmina etiam nunc in codicibus Sedulianis permultis leguntur (cf. infra p. 307). A saeculo sexto usque ad decimum et postea quantopere Sedulium auctores imitati sint uel quanta cum laude citauerint ex testimoniorum congerie infra (p. 361 s.) composita uideri licet: quae ii qui rei litterariae medii aevi magis gnari sunt facile augebunt. Nam poetam, quem iam Chilpericum regem imitatum esse Gre-

<sup>1)</sup> cf. comment. meam p. 31 seq. Testimonia eo loco prolata in permultis aliis codicibus, quos infra enarrabo, leguntur.

<sup>2)</sup> cf. infra p. 307.

<sup>3)</sup> cf. comm. meam p. 34 sq.

<sup>4)</sup> cf. comm. m. p. 51. Praeterea notandum est in codice Montepessulano 362 s. IX Bellesarium Sedulii discipulum nominari cf. infra p. 307.

gorius Turonensis<sup>1)</sup> testis est, laude eximia cum aliis poetis sacris praeferunt: Venantius Fortunatus c. VIII 1, 57 (ed. Leo):

*Quod tonat Ambrosius, Hieronymus atque coruscat,  
Sive Augustinus fonte fluente rigat,  
Sedulius dulcis, quod Orosius edit acutus:  
Regula Caesarii linea nata sibi est.*

Idem in libro primo uitae S. Martini u. 15:

*Primus enim docili distinguens ordine carmen  
Maiestatis opus metri canit arte Iuuenus.  
Hinc quoque conspicui radiauit lingua Seduli.  
Paucaque perstrinxit florente Orientius ore,  
Martyribusque piis sacra haec donaria mittens  
Prudens prudenter Prudentius immolat actus.*

Isidorus Hispalensis, cui hi uersus adscribuntur<sup>2)</sup>:

*Si Maro, si Flaccus, si Naso et Persius horret,  
Lucanus si te Papiniusque tedet:  
Pareat eximio dulcis Prudentius ore  
Carminibus uariis nobilis ille satis.  
Perlege facundi studiosum carmen Auiti.  
Ecce Iuuenus adest Seduliusque tibi,  
Ambo lingua pares, florentes uersibus ambo  
Fonte euangelico pocula larga ferunt.*

Neque rarius Sedulii auctores eruditissimi ecclesiae Britannicae mentionem faciunt uelut Aldhelmus Beda Alcuinus, quem a Carolo Magno in scholam Palatinam adscitum esse constat, Gallicae ecclesiae uelut Theudulfus, episcopus ille Aurelianensis, Ermoldus Nigellus, Smaragdus abbas, Ionas Aurelianensis alii, inter Germaniae doctores aeuo Carolino illustres Rhabanus, abbas Fuldensis: horum

<sup>1)</sup> Historia Francorum p. 237 (ed. Arndt et Krusch): *Scriptis alios libros idem rex (sc. Chilpericus) uersibus, quasi Sedulium secutus; sed uersiculi illi nulla paenitus metricae conueniunt ratione.*

<sup>2)</sup> cf. Fabricius bibl. med. et inf. lat. V 301 M., Reifferscheid B. P. L. I 291.

aliorumque testimonia hic enumerare supersedeo <sup>1)</sup>). Quanto studio uero medio quod dicunt aeuo Sedulius lectitatus cultus propagatus sit praeter auctorum testimonia modo memorata catalogi bibliothecarum antiquissimi, qui nostrum saeculum tulerunt non pauci <sup>2)</sup>), demonstrant. Satis superque ex his apparet Sedulii opera, poetica praecipue, in bibliothecis Italiae Galliae Germaniae Angliae celeberrimis inter opera pretiosissima fuisse adseruata. Ex quibus libris manuscriptis multi perierunt, multi adhuc exstant. In tanta codicum multitudine ad Sedulii opera recensenda antiquissimi et optimi hi sunt selecti:

M Codex Ambrosianus R. 57 Sup. membranaceus formae octauae palimpsestus, ex quo Angelus Maius primus eruit ediditque fragmenta orationum pro Scauro Tullio Flacco, saeculo septimo exeunte litteris uncialibus scriptus (cf. A. Peyron, *M. T. Ciceronis pro Scauro* etc. p. 216 sq. et Reifferscheid B. P. L. II p. 87). Liber (siue scedulae) quaternionibus tribus constat foliorum 23, uersuum in singulis paginis plerumque terdenorum bipartitorum. Folio primo superscriptum legitur: *142 Liber sc̄i columani de bobio*. Incipit a u. IV 128, desinit in u. V 438, sex priores enim quaterniones interierunt. In fine uniuscuiusque fere folii scriba litteris semiuncialibus utebatur, ut in spatio coartato singulos uel binos uersus scriptura continua conficeret; sunt autem his litteris scripti uu. IV 140, 141, 154, 155, 168, 169, 196, 211, 224, 263, 264, 277, 278, 304, 305. V 38, 39, 66, 67, 80, 81, 121, 122, 135, 136, 149, 150, 163, 164, 178, 179, 192, 193, 248, 249, 250, 277, 278, 303, 304, 317, 318, 331, 332, 347, 348, 361, 362, 375, 376, 389, 390, 403, 404, 417, 418. Folia hic illic lacera et a Ciceroniani fragmenti editoribus male uti uidetur tractata scripturam praebent partim deprauatam partim minutam, ut certis quibusdam locis nihil nisi litterarum uestigia appareant. Ceterum iam prius ineptus quidam sciolus folia margine in-

<sup>1)</sup> cf. indicem I, comm. m. p. 56 seq.

<sup>2)</sup> cf. L. Delisle, *Le Cabinet des manuscrits* II p. 450 sq. et catalogum catalogorum perutilem quamquam non plenum in Mus. Rhen. 1882 p. 486 sq.

feriore decurtato lacerauit. Itaque desiderantur uersus V 206, 207, 431, 432; nonnullarum litterarum uestigia tantum exstant ut V 220, 221, 235, 248, 249, 250. Scriptus est codex sermone qui dicitur uulgari, in quo sollemnis est permutatio uocalium *e* et *ae*, *e* (*ae*) et *i*<sup>1)</sup>, *i* et *y*, *o* et *u* (*um*) et in primitiuis uerborum syllabis et in finalibus; *h* modo additur, modo omittitur, praeterea *c* pro *ch*, *qu*, *t*, *u* pro *b*, *t* pro *d*, *f* pro *ph*, *g* pro *i* ponitur; *n m d* superflue adiciuntur: quas scripturae minutias orthographicas, cum ad lectiones recte iudicandas librique ueram aestimationem pertineant, diligenter adnotaui.

Codex uarias expertus est correcturas, quae locis nonnullis exceptis litterarum ductu facile distinguuntur. Correxerit primus is qui codicem scripsit uel qui librum contulit, cum hic illic litteras et syllabas omissas reficeret<sup>2)</sup> et archetypi proprietates orthographicas mutaret. Multo plura correxerit manus secunda, quae non solum archetypi scripturas, quae ab usu scribendi recedebant, commutauit, sed etiam menda grauiora ex exemplari quodam emendato correxerit. Versus V 323, 344 et uocabula a librario omissa suppleuit manus alia, cui etiam glossas quasdam (cf. u. IV 263 *uidetur* 295 *purpura* V 103 *sonuit* 193 *partem australem* 237 *uideam* 68 *quid* [?]) attribuerim. Correctorum manus quam saepe hic liber passus sit, ex notis patebit. Discernere autem quid sit librarii, quid primi correctoris uel posteriorum cum non ubique potuerim, quid scripserit librarius enucleare studui et signo *M*<sup>1</sup>, quid ex correctura profectum sit *M*<sup>2</sup> uel *corr. m. 2* indicaui. Atque eandem rationem in ceteris libris sum secutus. Codicem totum Mediolani excussi.

Ex eodem uel simillimo fonte fluxit codex pretiosissimus bibliothecae uniuersitatis Taurinensis E. IV 44. insignitus, T qui in eadem olim bibliotheca Bobiensi adseruabatur. Folio enim primo legitur: 139 *Liber scti columbani de bobio*. Liber mutilus ab initio et quondam cum libro E. IV. 43 signato

<sup>1)</sup> Singularis est forma *sedieligat* = *se diligit* V 410.

<sup>2)</sup> Etiam u. IV 143 ab eodem librario additus esse uidetur.

(Cerealis) coniunctus nunc foliis constat 23 ita ut f. 3—27 tres quaterniones efficiant, et continet f. 1—2 Epistolam ad Macedonium a uerbis: *ab scripturis celsioribus* (cf. p. 6, 5) usque ad finem, f. 3<sup>a</sup>—26<sup>a</sup> paschalis Carminis libros V, f. 26<sup>b</sup>—27<sup>b</sup> hymnum I, f. 28 praefationem ad p. C. (cf. 14 s.) cum inscriptione et subscriptione. Scriptus est liber ab uno librario uel, si tamen a duobus, certe a duobus per uices operi incumbentibus duplici scripturae genere fol. 1—2<sup>r</sup> uncialibus, 2<sup>v</sup>—8<sup>v</sup> et exceptis quattuor uersibus ultimis 9<sup>r</sup> capitalibus, 9<sup>r</sup> ultimi quattuor uersus uncialibus, 9<sup>v</sup> u. 1—18 capitalibus, f. 9<sup>v</sup> u. 19—f. 28<sup>r</sup> uncialibus litteris (cf. Pasini, *Codices bibl. Taur.* II p. 244, Peyron l. c. p. 214 sq., Zangemeister et Wattenbach, *exempla codicum Latinorum litteris mai. script.* I p. 4 tab. XVI). Ex unciali scriptura conicitur librum saeculo fere VII exaratum esse. Correctus a manu s. VIII, ut Reifferscheidio (cf. B. P. L. II p. 136) uisum est et infra argumentis comprobabitur. Conlatoris munere functum esse Abundantium quendam subscriptio libri III et IV testatur haec: EGO ABUNDANTIUS ISTVM LIBRVM CONTVLI FELICITER (cf. p. 64 et 112). At in fine libri I et II scriptura langobardica scriptum tantum exstat: *contuli* (cf. Reifferscheid, *commentariolum de latinorum codicum subscriptionibus p. 1 s.*). Duos correctores fuisse ex scripturae iudiciis apparet, ex quibus unus leues librarii errores correxit et archetypi proprietates abstersit, alter lectiones antiquas radendo et corrigendo ex libro alius ordinis (cf. infra cod. A) codicem modo deprauauit modo auxit supplendo ea, quae librarius omiserat aut incendium quodam tempore deleuerat. Quae cum ita sint, inprimis lectionibus primae manus inuestigandis operam dedi, ceteras omnes signo *T*<sup>2</sup> uel *corr. m. 2* indicaui.

Scriptus est codex T eodem quo M sermone uulgari id quod exemplis libro quinto depromptis confirmabo: u. 1 *uirtutes* = *uirtutis* MT, 7 *hac hora* = *hanc horam* MT, *uenit* = *ueni* MT, 19 *suum uerbum* = *suo uerbo* MT, 25 *labans* = *lauans* MT, 28 *traditur* = *traditor* MT, 69 *traditus* = *traditur* MT, 34 *adque* = *atque* MT, 35 *sancxit* = *sanxit* MT, 63 *mina-*

*īcm* = *minacem* MT, 126 *crucis* = *trucis* MT, 64 *horiora* = *oriora* MT, 110 *sequentem* = *sequente* MT, 182 *patulis* = *patuli* MT, 197 *quod* = *quo* MT, 226 *anticum* = *antiquum* MT, 408 *modi quoque* MT, 268 *factis* = *fractis* MT — 71 *plus* = *pius* MT (I 279 *pallurus* = *paliurus* T), IV 213 *tacet* = *tacens* MT; accedit I 329 *cautus* = *catus* T, I 19 *face* = *fauce* T etc. F. 28 legitur praefatio paschalis carminis cum inscriptione ROBEO<sup>1)</sup> PREFATIO OPERIS SACRI LIBRORVM NOVI ET VETERIS TESTAMENTI et in fine ROBEO INCIPET RATRV M OPVS ID EST EX VESTER TESTAMENTI LIBER PRIMVS ET EX NOVO QVATTVOR QVOD SEDVLIVS INTER CARTOLAS SVAS SPARSAS RELIQVID ET RECOLLITI ADVNATIQVE SVNT A TVSCIO RVFO ASTERIO VC ET EXCONSOL ORD<sup>o</sup> PATRICIO SVPRASCRIPTORVM EDITORE LIBRORVM (cf. de hac subscriptione Peyron l. c. p. 215, O. Jahn, *de subscriptionibus antiquis* [acta soc. litt. Lips. 1851 p. 327 sq.], Haase, *index lectionum uniu.* Vrat. 1860, Reifferscheid, *commentariolum* etc. l. c., meam commentat. p. 31 sq.)<sup>2)</sup>. Ipse contuli, locos quosdam I. Mueller a me rogatus iterum inspexit.

Codex Gothanus I 75 membranaceus formae quadratae I<sup>a</sup> saeculo VIII litteris anglosaxonicis scriptus foliorum 122

<sup>1)</sup> cf. meam comment. p. 31 adn. 1. Wattenbachii coniectura probatur fortasse hac uerborum interpretatione: *robeum* = *robum* = *rufum*.

<sup>2)</sup> Verba ad poetam spectantia et multis codicibus peruulgata haec fere sunt:

<i>Hoc opus Sedulius inter</i>	t P	<i>incerta</i> Reg. 1
<i>cartulas dispersum reliquit, quod</i>	<sup>h</sup> <i>cartōlas</i> H, <i>chartulas</i> EKP, <i>kartulas</i> D	<i>reliquid</i> KRT Reg. 1
<i>recollectum adunatum atque ad omnem elegantiam diuulgatum</i>	-t corr. H	quo F
<i>est a Turcio Rufio Asterio u. c.</i>	<sup>d</sup> <i>at</i> P	
<i>exconsule ordinario atque patricio</i>	<i>el*eganciā</i> P, <i>eligantiam</i> EGHOR	
	<i>ac turcio</i> G	<i>torcio</i> D, <i>turcio</i> (t ex d) P
	<i>rufo</i> (o corr.) EFH, <i>ruffo</i> O Reg. 1, <i>rufino</i> be, om. G	
	<i>v̄·c·</i> P, <i>v̄·c̄</i> E, <i>v̄c̄</i> F, <i>ūc̄</i> GH $\gamma$ , <i>uc</i> R Dc, <i>quinto uicario</i> Ob, <i>quinto v. c. d.</i> , <i>quinto e.</i> , <i>uiro claro</i> Reg. 1	
	<i>consule</i> FOe	<i>adq̄</i> P, <i>ac</i> G
	<i>patrio</i> F, <i>patritio</i> T	

bibliopegae graui iniuria mutilatorum ita ut in margine non solum singulae litterae sed uerba etiam sint abscisa. Continet a f. 4<sup>a</sup>—6<sup>b</sup> Sedulii uu. II 42—207, f. 7<sup>a</sup>—9<sup>b</sup> u. IV 138—308, f. 9<sup>b</sup>—11<sup>a</sup> libr. V cum capitalis libri quinti (f. 9<sup>b</sup>); uersus plerumque spatio non intermisso se recipiunt. Post uersus paschalis carminis sequitur hymnus II; a medio f. 20<sup>a</sup> litteris minutis atque recentioribus (s. IX) scripti leguntur uersus quidam hymno II adnexi (cf. infra p. 168) et subscriptio: EXPLICIT HYMNVS SEDVLII *poete uel rethor* } *de natiuitate etc. decantatus. qui uidelicet hymnus metro iam-bico t&ra* } *fertur esse conpositus, quod genus metri recipit iambum locis omn* } *spondeum uero tantū inparib; ut sunt etiam ambrosiani illo g* } *metri decantati. Sedulius uersificus primo laicus in italia philo* } *didicit, postea cum aliis metrorū heroicū machedonio consulante* } *In achaia libros suos scripsit in tempore ualentiniani & theodo* } IN MATH̃ uersus ·II·CC· IN MAR̃ ·I·C· IN LṼC̃ ·II·CCC· IN IOH̃ ·IIJ̃ SVNT SIMVL VIII·CCCC· uersus <sup>1)</sup>). Inde alia manu scripti leguntur hymni hi:

<sup>1)</sup> cf. Beda de re metr. p. 256, 27 K. Haec pluribus codicibus exstant:

<i>Sedulius uersificus primo</i>	<i>incipit ars Sedulii poete qui primo</i>
<i>laicus in Italia philosophiam</i>	CO
<i>didicit; postea cum aliis metro- rum generibus heroicum metrum</i>	<sup>v</sup> com O <i>metrorū</i> GH <sup>h</sup> heroicū G <i>metricum heroicum</i> K, <i>me- trum heroicum</i> F <i>generibus om.</i> GH <i>aliis sociis</i> F, <i>aliis conso- ciis heroicum</i> b
<i>Macedonio consulente docuit. In</i>	<i>consulante</i> FG <sup>h</sup> H, <i>consulante</i> K <i>deinde</i> F
<i>Achaia libros suos scripsit tem- pore imperatorum Theodosii et</i>	<i>cū scripsit</i> F, <i>conscripsit</i> b <i>in</i> FGH b <i>imp.</i> om. FGK b <i>filiis Arcadii</i> CO <i>minoris Th.</i> C, <i>iunioris</i> <i>Th.</i> O
<i>Valentiniani.</i>	<i>ualentiniani et theodosii</i> FGHR <i>ualentini</i> F, <i>ualetiani</i> O <i>fili</i> <i>Constantini</i> C, <i>fili constantii pax</i> O

f. 20<sup>b</sup> [A]ltus auctor omnium . . f. 21<sup>b</sup> *Benedicamus dei nato*; f. 22<sup>b</sup> contra haereticos: [Arri]us et Sabellius [hae]retici impudici . . ; f. 23<sup>a</sup> EDITVS A  $\widetilde{\text{SCO}}$  ELARIO PICTAV $\widetilde{\text{EPO}}$  hymnum dicat turba fratrum hymnum cantus personet etc.; sequuntur ab alia manu scripti VERSVS BELLESARII SCOLASTICI (cf. infra p. 307); f. 23 Sedulii hymnus I. cum glossis interlinearibus et marginalibus; f. 25<sup>a</sup> INCIPIT LIBER ALDHELMI  $\widetilde{\text{EPI}}$  GRAMMATICI DE VIRGIN $\setminus$  METRICA TYRONES NVNC PROMVNT CARMINA CASTOS etc.; f. 69<sup>b</sup> post uersus: *Rex humilis  $\widetilde{\text{xps}}$  suspensus crimine nullo stauerit atque humili stolidum uirtute* — carmen illud de uentis (cf. Anth. l. 484 ed. Ries.); f. 70<sup>a</sup> *Dilectissimo et honorabili  $\widetilde{\text{sco}}$  fratri Victurio Hilarus* (sic) episcopus uobis Romae . . f. 71<sup>b</sup> INCIPIT PROLOGVS ad eundem de ratione paschae . . f. 77<sup>a</sup> *Explicit prologus  $\widetilde{\text{sca}}$  uicturi ad papam hylarium de ratione paschae. Incipit cyclos uicturi* . . f. 106<sup>a</sup> *Explicit cyclos uicturi per annos quingentos triginta duo qui explicitus a capite repetitur. deo gratia* — f. 106<sup>b</sup> *Domino uenerando mihi patri Stefano episeopo dyonisius* — f. 107<sup>a</sup> incipiunt *Canones apostolorum* cf. Jakobs, *Beiträge oder Merkwürdigkeiten der herzoglich öffentlichen Bibliothek in Gotha* II 134 ff. Correctus est textus Sedulii pluribus manibus, ex quibus secunda scripturam manus primae imitabatur, tertia ex codice diuersi generis multa intrusit, quas tamen lectiones plerumque uno eodemque signo *m. 2* indicaui, cum unius primae manus sit auctoritas. Raro adiectae sunt glossae pretii fere nullius.

Eiusdem fere saeculi est cod. Basileensis O IV. 17, qui A in bibliotheca uniuersitatis Basileensis nunc adseruatur, formae oblongae minoris, litteris anglosaxonicis scriptus. Ex indice uetere folio primo inscripto liber olim continebat foliis 64: *Quedā de s. Martino. Itē apologia Sedulii reth. It' uita s. Eulalie uirg.*, nunc tantum f. 11—64 exstant, quibus Sedulii

*Sicut in catalogo illustrium reperimus, quem beatus Hieronymus inchoauit, Paterius uero discipulus eius perfecit.*

*hieronimus in chatalogo FH de rell. cf. comm. meam p. 21 s., infra p. 316.*

carmen mutilum in fine (lib. I — V 227) continetur. Hunc librum e monasterio S. Martini Turonensi in Germaniam esse transportatum ueri non dissimile esse uidetur (cf. Wattenbach, *Geschichtsquellen*<sup>3</sup> p. 224). Habuit liber scriptorem ualde inscium, qui artis metricae ignarus uersus uno tenore scripsit et exemplaris uel exemplarium lectiones discrepantes  $\dagger$  signo interiecto plerumque iuxta posuit<sup>1)</sup>. Collocationem uerborum ad libitum mutasse uidetur. Quaedam correxit manus prima, compluria altera coaeva. In libro quamquam perspicue scripto *a* et *u* litteras non facile dinoscas. Scripturae proprietates partim cum codicibus MT communes partes discrepantes et singulares<sup>2)</sup> diligenter adnotauit<sup>3)</sup>.

<sup>1)</sup> cf. I 22 *biblis † bellis* I 353 *formam † carnem* I 356 *nosses † nescis* III 167 *largior † agnos agros* IV 112 *in nau<sup>1</sup>alno* IV 131 *uiduauerat † urna orba* — I 80 *angusto mihi calle coartato uiam*, in exemplari haud dubie fuit *angusto*; I 155 in exemplari fuit *spes ablata bibendi uiuendique fuit*, habet codex: *uiuendique solo fuit*, IV 225 *partequa*, fuit *qua*, II 97 *cur sunt trca dona*, fuit *cur tria<sup>sunt</sup> dona*, II 123 *luctum plangoremque* cf. infra p. XXVIII, III 281 *specie ore*, fuit *ore* cf. etiam I 180.

<sup>2)</sup> cf. I 38 *lessis* I 73 *infussum* I 109 *annosso* II 23 *missertus* II 114 *ballatibus* II 140 *ussus* II 137 *possita* III 315 *Cessareum* IV 92 *ollim* — at contra II 71 *fulsise* III 95 *dimisis* — praeterea 11 3 *abiecias* pro *abicias* III 99 *discende* pro *discede* I 366 *longua* pro *longa* II 225 *uentuosa* pro *uentosa* II 291 *longuius* pro *longius* III 172 *fluiens* pro *fluens* III 329 *mundialis* pro *mundalis* IV 266 *liongo* pro *longo* I 219 *palliorus* pro *paliurus* . . .

<sup>3)</sup> Inter fragmenta latina bibliothecae Monacensis duo folia uersus Sedulii continere animo benigno Guilelmus Meyer mihi nuper indicauit. Cum litteris merouingicis tum numero DCCLXXI folio alteri adpicto mihi persuasi fragmenta ad s. VIII pertinere. Atque dolendum tantum uu. II 133—362, 275—287, 289—300 hodie exstare, nam liber eiusdem generis et ordinis erat quo cod. A, ut lectiones II 292 *uiui* = A, *sepultis* = A 276 *inquit* (*indiq*; A) satis demonstrant. Nonnulla a codice A aliena et singularia esse e lectionis uarietate, quam G. Meyer mecum communicauit, edoceberis: II 276 *tradiderit* — *inquit* 278 ET NE NOS INDVCAS IN TEMPTATIONEM 280 *agit* 284 *linquet* — *temptatio* 285 *artum* 289 *sectare quodque* 290 *alet* 295 *conspicius* — *ad sua* — *iustus* 296 *sinos* — *ad leua* 297 *exercit* — *mittit* 299 *turba*.

Iam ad codices saeculi noni describendos accedamus; sunt uero hi: Codex Karoliruhensis 217, olim Augiensis, K formae quadratae s. IX exeunte scriptus <sup>1)</sup> continet f. 1—39 Iuueni historiam euangelicam, f. 40 Sedulii epistulam ad Macedonium, deinde f. 41<sup>b</sup> adnotationem illam ad Sedulii opera pertinentem *Hoc opus etc.* cum carmine Asterii, tum *Sedulius Macedonio*\*) epistula premissa presbitero XVI dehinc uersuum prologo lecturos inuitans paupertatem exilis ingenii olerum comparat uilitati, ex cuius carmine de singulis utriusque testamenti miraculis haec sunt capita notata. Sequuntur capitula librorum (cf. infra p. 147), f. 43<sup>b</sup> INCIPIT VERSVS BELLESARII SCOLASTICI — f. 44 INCIPIT PRAEFATIO PASCHALIS CARMINIS. Post praefationem leguntur illa ad Sedulii uitam spectantia (cf. supra p. VII); item de Iuueno quae tradidit Hieronymus in libro illo de uiris illustribus cap. 84 — f. 44<sup>b</sup> Sedulii liber primus incipit, qui desinit f. 65<sup>a</sup>. Eiusdem hymni f. 65<sup>b</sup>—67<sup>a</sup> litteris minutis scripti nisi multo cum labore non leguntur, cum folia scabendo sint lacerata et scriptura radendo sit deprauata ac fere euanida <sup>2)</sup>. Secunda manus praeter primam multa correxit, item tertia, quae glossas et latinas et germanicas multas initio, raras sub finem adiecerat. Ipse contuli auctoritate libri ex Ludwiggii apographo cognita.

In eodem libro e diuersis exemplaribus excussi iterum L leguntur Iuuenus et Sedulius, atque f. 68<sup>a</sup> HIC HIC SVNT EVANGELIA ·III· VERSIBVS G. VETTI AQVILINI IUVENCI VC

\*) *epistola Macedonio* DEOP (*Machedonio*) R, *epistola macedonia* Reg. 1 p̄brm E<sup>2</sup> pcrmissa R laturus (?) P prolongo D lectulo D p̄apertate P holeris P, holerum D ingeniote R utilitati R miracul̄ P sunt capita H capitula p̄renotata DR, sunt capita p̄renotata O coaptata Reg. 1

<sup>1)</sup> In foliolo quodam libro inserto legitur: *Adalbr̄ istū codicem scripsit.*

<sup>2)</sup> Inter diuersa scribarum tentamina, quae f. 67<sup>a</sup> exstant, inueniuntur nomina propria ueluti: *crhart. r\*trathart. uuiprehta · mangnam.*

PRBI — f. 106<sup>b</sup> INCIPIT LIBER .VC. SEDVLII OPVS PASCHALE — f. 118 EXPL LIBER .III. SEDVLII OPVS PASCHALE. INCIPIT LIBER CENTO PROBE. At quaternionum et foliorum ordo adeo est turbatus ut inter Iuenci et Probae carmina Sedulii uersus hodie legantur ita: f. 101<sup>b</sup>—106 (lib. I 1—231) — f. 122<sup>a</sup>—129<sup>b</sup> (lib. I 231—368, lib. II) — f. 162<sup>a</sup>—169<sup>a</sup> (lib. III, IV 1—98) — f. 106<sup>a</sup>—112<sup>a</sup> (lib. IV 98—308, lib. V). Carmen ab eadem manu qua pars superior est scriptum, ab eisdem etiam correctum. In bibliotheca satis clara monasterii Augiensis Sedulii Iuenci Probae compluria exemplaria exstitisse ex uetere catalogo anno 822 confecto docemur, qui legitur in libro illo Neugarti, *episcopatus Constant.* I p. 543 sq.

Z Codex Turicensis C. 68 olim Sangallensis <sup>1)</sup> s. IX exeunte scriptus fol. 127 continet post folia priora, ex quibus unum manu recentiore scriptos exhibet nonnullos uersus hymni Seduliani II (u. 39—110) et carminis Cypriani de resurrectione u. 1—16, alterum canonem euangeliorum rhythmicè compositum (cf. Bartsch, *Zeitsehr. f. rom. Phil.* II 216, Duemmler, *Anzeiger f. Kunde deutsch. Vorz.* XXVI 80; W. Meyer, *Der ludus de Antichristo* p. 91), incipientem *quam inprimis speciosa quadriga*, desinentem *sexaginta et per duo numerum* — praefationem et carmen Iuenci (f. 3<sup>a</sup>—71<sup>a</sup>), deinde f. 71<sup>a</sup>—79<sup>a</sup> Sedulii librum I u. 16—368. Huius folii partem inferiorem explent carmina uaria: *Principium Iani etc.* et *Prima dies Phoebi sacratus nomine fulget* (cf. Riesi Anth. lat. 488 et 640); f. 79<sup>b</sup> epitaphium Alcuini legitur (cf. Duemmler, *Poet. lat. aevi Carol.* I p. 350, *Studia Vind.* 1880 p. 72), f. 80<sup>a</sup> sequitur litteris uncialibus scripta Sedulii praefatio, quam excipiunt paschalis carminis libr. II, III, IV, V; sequitur f. 110<sup>b</sup> praefatio ad centonem Probae cum carmine eiusdem usque ad f. 124<sup>b</sup>, deinde carmen acrostichum ac telestichum *Iohannis eelsi rimans misteria celi*, quod exstat etiam in codice quondam Sangermanensi nunc Petropolitano Q. I. 15 s. IX (cf. *Neues Archiv* VI p. 510); f. 125<sup>a</sup> uersus Sedulii in carmine a manu prima omissi V 104—176, 196—201 ab

<sup>1)</sup> cf. Weidmann, *Geschichte der Stiftsbibliothek St. Gallen* p. 428.

eadem manu scripti, quae f. 1 uersus Cyprianos exarauerat; f. 126<sup>b</sup> fabulae V et IX Aviani cum inscriptione communi ASINVS PELLE LEONIS INDVTVS (cf. Aviani fab. ed. Froehner p. 10). Litteras ex parte euanidas manus recens suppleuit inprimis f. 74<sup>a</sup> (u. I 127—138), f. 76<sup>b</sup> (u. 249—255, 268—278), f. 77<sup>b</sup> (u. 295—300), f. 78<sup>a</sup> (u. 334—346) al. et lectionem uariam supra lineam posuit. Cum eadem manus, quae in f. 1 carmina supra enarrata scripsit, multa correxerit multasque glossas adiecerit, lectiones priores non facile est ubique distinguere.

Codex Sangallensis 877 miscellaneus formae quadratae <sup>1</sup> ex parte ut uidetur a monacho Sangallensi Ruadkero <sup>1</sup>) s. IX scriptus post uarios grammaticorum praecipue libros continet p. 117—203 Sedulium (cf. G. Scherrer, *Verzeichnis der Handschriften der Stiftsbibliothek St. Gallen* p. 305). Atque p. 117—123 leguntur capitula in tres libros digesta (cf. infra p. 147), p. 124—125 fragmentum libri I paschalis operis sine inscriptione, p. 125—132 epistula ad Macedonium cum carmine Asterii (*Hoc opus etc.*) et praefatione illa prosaica (*Sedulius epistola Macdonio praemissa etc.*); p. 130 incipit paschale carmen libris V diuisum; p. 201 legitur hymnus II, p. 203 hymni primi u. 1—14, quaternio enim XIII. quattuor foliis constat. Sedulium excipit Donatus minor p. 204: *incipiunt feliciter primae partes artium Donati grammatici urbis Romae*. In pagina nouissima (163) quaternionis decimi radendo litterarum uestigia tantum sunt reliqua. Liber diuersis manibus est scriptus atque quaterniones XI et XII et XIII (u. III 87—V 438) litteris minutis, lectiones uariantes et glossae in hac parte multae leguntur. Discrepat scriptura hymnorum (fine alterius excepto), quae cum scriptura epistulae facit. Secunda manus suppleuit uersus, quos prima omiserat I 294—297, IV 184, V 196—202; desunt adhuc V 104. 176, quam

<sup>1</sup>) pag. 182 ter legitur nomen Ruadkeri, quem anno 879 diploma quoddam scripsisse docet Wartmann, *Urkundenbuch der Abtei St. Gallen* II p. 221. Eundem etiam Turicensem et alterum Sangallensem, quem infra describam, excussisse in studiis Vindobonensibus 1880 p. 71 suspicatus sum.

lacunam manus altera indicauit in marg. uersus 102 *hic*....  
*dimissus XIII* (cf. supra cod. Z). Librum a me rogatus  
 iterum iterumque inspexit Idtensohn liberalitate grata mihi  
 mente recolenda.

Inter libros Gallicos uetustate et auctoritate eminent: Codex  
 E bibliothecae scholae medicinalis Montepessulani 362 (ex  
 libris oratorii collegii Trecensis) membranaceus formae qua-  
 dratae s. IX scriptus. Continet f. 1<sup>a</sup>—4<sup>b</sup> epistolam ad Mace-  
 donium, deinde praefationem illam prosaicam *Sedulius epistola*  
*etc.* et uersus Bellesarii (II<sup>a</sup>) cum adnotatione *Hoc opus* etc.  
 F. 5, 6, 7 manu recentiore (s. XIV) scripta <sup>1)</sup> continent car-  
 men Asterii et iterum praefationem prosaicam capitula libri I  
 paschale carm. lib. I u. 1—92, f. 8<sup>a</sup>—36<sup>a</sup> reliquos uersus  
 carminis per IV libros digestos, deinde hymnos duos et Bellesarii  
 carmen (cf. infra p. 309 II<sup>b</sup> et II<sup>a</sup>). Sequitur f. 39<sup>a</sup> praefatio ad  
 Iuueni carmen *Matheus instituit uirtutum tramite mores* etc.  
 et carmen ipsum usque ad f. 93<sup>b</sup>; a f. 94<sup>a</sup>—267<sup>a</sup> Lucani  
 Pharsalia leguntur (cf. catalogue des départ. I). Correctus est  
 liber a manu secunda, quam secuta est alia. Praeter capitu-  
 lorum inscriptiones et in margine et supra lineam glossae <sup>2)</sup>  
 permultae inueniuntur. Ipse contuli.

F Codex Parisinus latinus 9347 olim Remensis (f. 2<sup>b</sup> in  
 ora summa: *Libri sci Remigii uolumen VIII* et f. 2<sup>a</sup> in ora  
 infima *Remigius Constanti*, f. 18 LIB SCI REMIGII) membrana-  
 ceus formae maximae s. IX scriptus continet praeter Iuuenium  
 Prosperum Sammonicum Aratorem Venantium Fortunatum  
 carmina quaedam adespota (cf. Duemmler, *Neues Archiv* IV  
 120 et *Studia Vind.* IV 171 ff.) Sedulium, atque f. 1<sup>b</sup> ad-  
 notationes illas ad poetae uitam pertinentes *Sedulius uersi-*  
*ficus* etc.; sequuntur quaedam alia eadem fere quae ex  
 codice Vindobonensi 85 edidi in *Zeitschr. f. österr. Gymn.*  
 1876 p. 503, historia de Arrio haeretico, f. 2<sup>b</sup> hymnus II.  
 F. 3 epistula ad Macedonium incipit, quam excipit argumentum

<sup>1)</sup> Lectionem huius manus praetermisi.

<sup>2)</sup> In his f. 1 nomen *Vegetii*, f. 9 *Cassiodori* citatur.

quoddam libri primi f. 4<sup>a</sup>. *Genitorem nati atque filium patris peto quoque sanctum spiritum trinitatem in substantia una cui semper sua seruauit factura uti possim (ex possumus) proferre de pluribus pauca uerbis licet rudibus — quis enim cuneta fari poterit quae Saluator nostra causa fecerat. Enoch ergo etc.* Sequitur *Hoc opus etc.* cum carmine Asterii interposita inscriptione PASCHALIS CARMINIS LIB̃ PRIM', deinde paschale carmen quattuor libris comprehensum cum hymno I et subscriptione *hieronimus in chathalogo Sedulius uersificus* etc. — uersus Bellesarii (cf. infra p. 307 II<sup>a</sup> et II<sup>b</sup>). Paginae columnarum binarum undequadragenorum uersuum; duae manus correxerunt et glossas inter lineas et ad marginem adiecerunt. In fine libri hi uersus leguntur: *Christe deus nostrae benedictioe conuiuia mensae | quaeque tuis seruis mitissime dona dedisti | per te sint benedicta quidem. tu largitor almus.*

Codex Parisinus latinus 14 143 (S. Germani a Pratis 1455, olim Corbeiensis) membranaceus formae octauae s. IX scriptus, cuius catalogus uetus monasterii Corbeiensis iam mentionem facit (cf. Delisle, *Le Cabinet des mss.* II 432 n. 282), continet f. 1<sup>a</sup> hymnum *benedicamus domino* cum neumis; f. 2 lacerum in ora summa habet uerba scriptoris kl  $\overline{\text{ME}}$  *hunc librum inchoauim'* ~  $\overline{\text{V}}$   $\overline{\text{ID}}$   $\overline{\text{IVL}}$ . In pagina altera eiusdem folii a duorum glossatorum manibus leguntur nonnulla de uita et scriptis Sedulii *Sicut sēs hieronimus dicit in eathalogo uirorum illustrium. Iste Sedulius primo laieus fuit et in aethaia doeuit sceulares discipline. Postea uero totum se ad deum contulit et omne studium, quod ante habuerat in illis seularibus disciplinis, conuertit ad diuinas scripturas. Seripsit ergo librum hunc de uetere et nouo testamento* etc. (cf. F) — deinde INCIPIT ARS SEDVLII POETE QVI PRI... PHYLLOSOPHIAM DIDICIT POST.. GENERIBVS EROICV̄ METRVM MACEDON... IN ACHAIA LIBROS SVOS SCRIPSIT... THEODOSIO ET ualent... — f. 3 fragmentum epistulae ad Macedonium (ab... *nutrimentum quod in me* etc.) cum glossis plerisque, quod excipit f. 6<sup>a</sup> HOC OPVS etc. cum carmine Asterii (INCIPIVNT VERSVS EIVSDEM). Sequitur SEDVLIVS EPISTOLA etc., deinde paschale carmen

libris quinque comprehensum — f. 50<sup>b</sup> hymn. I — f. 52<sup>a</sup> carmina Bellesarii (I<sup>b</sup> et II<sup>a</sup>) inscriptione erasa — f. 54<sup>a</sup> iterum *Sedulius uersificus* etc. — f. 54<sup>b</sup> hymnus II — f. 55<sup>b</sup>—59<sup>b</sup> Pauli Diaconi carmen de S. Benedicto (cf. Duemmler, *Poetae l. acui Car.* I 34) — f. 60<sup>a</sup> Einhardi rhythmus de passione Christi martyrum Marcellini et Petri (cf. Duemmler l. c. II p. 126) — f. 60—68<sup>b</sup> de gradibus sacerdotum et clericorum et episcoporum — f. 72<sup>a</sup>—82 carmen ineditum de S. Quintino (cf. Duemmler, *Neues Archiv* IV 262). A duobus scriptoribus glossae sunt adiectae (rarae sub finem); duarum manuum correcturas expertus est liber, quae ad aliud exemplar pertinent. Capitula in margine adsunt.

- H Codex Parisinus latinus 13 377 (S. Germani a Pratis 1312, olim Corbeiensis 244) membranaceus formae octauae et f. 150 s. IX scriptus continet ex indice f. 1 sermonem S. Augustini in cathedra S. Petri <sup>1)</sup> (= Fulgent. p. 358 ed. Ven.) — f. 2—12<sup>b</sup> uitam S. Demetrii martyris — f. 12<sup>b</sup>—15<sup>b</sup> sermonem Augustini de omnibus sanctis apostolis (= Maximi Taurinensis hom. p. 305 ed. Rom.) cum subscriptione: *Quicumque hos sermones legeris memento in orationibus tuis ||||| qui eos in quodam Ambianensi libro inuentos in honore scōrū apłōrū prout potuit in hoc libro de salute anime sue descripsit. porro hec utcumque scripta ut melius rescribat qui insumpserit laborem. hec in exemplar||| a deo habeat retributionem.* Sermones uariis iisque recentioribus manibus sunt scripti. A f. 16 radendo et conglutinando corrupto usque f. 18<sup>a</sup> pertinet epistula ad Macedonium; sequitur *Hoc opus* etc., f. 18<sup>b</sup> inscriptio carminis libri I, quam excipit carmen Asterii et *Sedulius epistola* etc. cum capitulis. Paschale carmen libris quattuor comprehensum pertinet usque ad f. 52 med., inde hymnus I cum uersibus Bellesarii (II<sup>a</sup> et II<sup>b</sup>) et adnotatione HIERONIMVS IN CATHALOGO *Sedulius uersificus* etc. legitur, tum litteris minutis

<sup>1)</sup> In fine post rasuram legitur: ... VT CORBEIA BONO CARVIT FVLCHONE PATRONO | CEPIT DESTITVI NOBILITATE SVI | VERV̄ Ē REQVI-ESCAT II. IN PACE. AM. FIAT AVGVSTINVS QVI *defecerit in semine non gaudebit in messe.*

a manu recentiore scriptus hymnus II. cum neumis et *Felix nimium aetas contenta fidelibus etc.* — f. 56<sup>a</sup> haec Augustini ex sacris epygrammata dictis (= in epigram. Prosperi cf. A. Mai class. auct. V 386) — f. 56<sup>b</sup> INCIPIVNT EPYgrammata Prosperi (f. 80—82 poema ad uxorem exstat, quod Paulino Nolano uulgo adscribitur p. 738 ed. Mign.) — desinunt in f. 82 cum subscriptione EXPLICIT EPIGRAMMATVM SCI PROSPERI. F. 82<sup>b</sup> explent excerpta ex Bedae historia eccles. Anglorum (III 151) — f. 83<sup>a</sup> INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI BEDAE DE ARTE METRICA — f. 107<sup>a</sup> incipit Alcuini grammatica seu dialogus inter Francum et Saxonem, qui usque ad f. 148<sup>b</sup> pertinet. Inde uaria Alcuini praecipue carmina sequuntur cf. Duemmler, *Poet. lat. aeu. Car.* I p. 632, p. 300 c. LXXXII p. 303 c. LXXXV 2. Concluditur liber oratione Eugenii Tolentani f. 149<sup>b</sup> *Res dñs immensi qui constat machina mundi.* Glossae et correcturae a duabus manibus sunt profectae, quae etiam uersus euanidos suppleuerunt.

Saeculo nono uel decimo scripti sunt:

Codex Bernensis 267 membranaceus formae quadratae B f. 33 olim liber sancti Benedicti monasterii Floriacensis (cf. f. 18<sup>b</sup> *liber sancti Benedicti abatis floriacesi\*ceno* et 33<sup>b</sup> in marg. *scripsit monac' | [bene]nedicti patris | unus*) continet paschalis carminis in quattuor libros diuisi lib. I uu. 339—368 lib. II u. 1—25, 102—177 lib. III 189—339 lib. IV et V u. 1—56, 95—438 hymn. I et II cum scholiis interlineariis, quae tamen a f. 45 desinunt. Scriptura f. 1—18 fere euanida nisi summa oculorum intentione non legitur. Nonnulla correxit manus prima compluria manus altera atramento nitido (cf. Hageni catal. cod. Bern. p. 300; Halm, *Verzeichniss der älteren Handschriften lateinischer Kirchenväter in den Bibliotheken der Schweiz* p. 51).

Codex Carnotensis 58 (ex libris monasterii S. Petri Carnotensis ordinis S. Benedicti congregationis) membranaceus formae quadratae continet post dialogum S. Gregorii et tractatum de quattuor quae fiunt in ecclesia sacramentis f. 39 Sedulii carmen libris IV diuisum cum inscriptione INCIPIIT ARS SE-

DVLII POETE *qui primo laicus etc.* (cf. infra Ottobianum 35). Sequitur epistula ad Macedonium usque ad uerba *dum profusius*, reliqua epistulae leguntur 77<sup>a</sup>; inde f. 41 GRAMMATICI POETÆ DE MIRACVLIS VETERIS TESTAM̃TI. Dissentit textus et ordo capitulorum ab iis, quae infra ex uetustioribus libris edidi cf. *I De enoch translato. II de abraham et sarra. V de uirga in draconem c̄uersa. III de loth et eius uxore. IIII de igne non ardente in rubo. VI de siccato mari rubro. VII de man (n ex corr.) caelesti etc.* Ordo foliorum ualde est turbatus: f. 83 et 81 hymnus I cum carminibus Bellesarii (II<sup>a</sup> et II<sup>b</sup>), f. 87 hymni II u. 1—61 leguntur. De Alcuini uita Antichristi et reliquis, quae in codice exstant, cf. *catalogue des manuscrits de la ville de Chartres* 1840 et Pertz, *Archiv* VIII p. 386. Codicem ex alio exemplari manus secunda correxit, ad quam accessit tertia (cf. IV 100). Glossae permultae in epistula ad Macedonium et in hymno I. leguntur.

R Codex Sangallensis 197 formae quadratae, paginarum 398, qui nunc est cum quattuor aliis conglutinatus (cf. Scherrer, *Verzeichnis der Hss. der Stiftsbibliothek von St. Gallen*), continet f. 369—397 Sedulii paschale carmen in tres libros diuisum. Iuueni carmen excipit epistula a. M., quam sequitur *hoc opus etc.* et carmen Asterii, deinde *Sedulius epistola Macedonio.* . . cum capitulis libri I et II ab H et K uix fere discrepantibus; f. 372 paschale carmen incipit. Paginae binis columnis diuisae uersuum sunt quadragenorum. Cum quaternionis septimi folium ultimum sit auulsum, hymni I. duo tantum uersus exstant. In eodem folio scribendi lusus deprehenduntur, qui lusibus librarii cod. P sunt similes. In margine inferiore quorundam foliorum litterae fere euanuere. Manus secunda correcturas atramento distinctas addidit.

Saeculo decimo adscribuntur:

S Codex Sangallensis 242 pag. 272, qui nunc cum duobus aliis est conglutinatus, continet post Aldhelmum p. 168—243 Sedulii paschale carmen libris quattuor diuisum et hymnum primum. Hic liber glossis cum latinis tum theotiscis et notis

musicis <sup>1)</sup> est speciosus, quae p. 194—205 sunt rariores uel rarissimae; paginae 202—204 ab alia manu scriptae esse uidentur. Is qui codicem correxit litteras euanidas et uersus omissos supplēuit. Paginae uersuum sunt uicenorum quinquaginta (cf. Scherrer l. c. p. 89) <sup>2)</sup>.

Codex Monacensis latinus 18628 (quondam monasterii *T* S. Quirini Tegerns. 628) membranaceus formae quadratae continet f. 16 Bellesarii carmen (II<sup>b</sup>) cum inscriptione libri primi: INCIPIT PREFATIO LIBRI HVIVS — f. 17<sup>a</sup> a manu glossatoris *in catalogo uirorum illustrium quod in libro, quem beatus hieronimus inchoauit sed paterius discipulus eius perfecit, ibi legitur quis fuerit iste sedulius. fuit enim primo laicus seculari sapientiae deditus. postea ad deum conuersus scripsit hunc librum quasi per dyrocheum id duplicem refectionem de ueteri et nouo testamento* (cf. infra p. 316 et comm. meam p. 22 sq.). Sequitur epistula a. M. et carmen libris quattuor comprehensum cum glossis marginalibus et interlineariis (cf. *Anzeiger f. Kunde deutsch. Vorzeit* 1876, 8), deinde f. 66—69 hymni duo, f. 70<sup>a</sup> *hoc opus Sedulius etc.* cum carmine Asterii (u. 1 et 2), f. 70<sup>b</sup> prologus centonis Probae (cf. Riesii Anth. lat. 735) et carmen Bellesarii (II<sup>a</sup>) leguntur. Capitula in margine et inter uersus exstant. Correctus est liber a glossatore (cf. catalogum codd. manuscr. bibliothecae regiae Monacensis II 3, 191).

Codex bibliothecae publicae ciuitatis Treuericus 1464 *D* membranaceus formae maximae f. 245 s. X inferior <sup>3)</sup> continet f. 1—114 Prudentium cum glossis germanicis, f. 115—168

<sup>1)</sup> cf. Schubiger, *Sängerschule* p. 6 sq.

<sup>2)</sup> Praeter libros descriptos in bibliotheca celeberrima monasterii Sangallensis etiam alios per medium aeuum exstitisse ex uetere illo bibliothecae catalogo (cf. Weidmann l. c. p. 364, 392) et fragmentis adhuc exstantibus docemur ueluti cod. 44 s. VIII p. 182 uersus I 17—24 continet; cod. 120 s. IX p. 1 uers. III 1—14; cod. 1395 s. X uers. I 362—368 II 1—22, 67—88, 90—66, 104—141; cod. 873, quem Jodocus negensekr a. 1508 scripsit, f. 141—207 Sedulii p. carmen cum hymno I.

<sup>3)</sup> cf. carmen quod in folio 1 exstat ap. Miraeum opp. dipl. I. 296.

Boetium, f. 169 Eugeni Toletani carmen (cf. studia Vindob. 1883 p. 168), f. 169—170 epistolam a. M. et [*h*]oc opus *Sedulius etc.* cum carmine Asterii et praefatione prosaica illa *Sedulius epistula Macedonio etc.* Capitula (ad I et II 1—282) cum cod. H et K faciunt. F. 172<sup>a</sup>—195<sup>a</sup> continent paschale carmen, f. 195<sup>a</sup> carmina Bellesarii (II<sup>a</sup> et II<sup>b</sup>) et hymn. I u. 1—100 (u. 100—105 et hym. II desunt folio uno auulso); f. 197—198 horologium, f. 198—232 Aratorem, f. 232—240 Auienum, f. 241—245 disticha Catonis, f. 245 fragmentum carminis Eugeniani (cf. de hoc libro Langeni quaest. Boetianas quae sunt inter symbolas philologorum Bonnensium in honorem Fr. Ritschelii collectas p. 263—268). Margines quorundam foliorum adeo accisi sunt, ut singulae litterae aut uocabula desint. Capitula atramento rubro scripta partim inter lineas partim in margine leguntur, sub finem desiderantur. Glossae rarae apparent.

E codicibus Romanis, qui Areualo editionem anno 1794 paranti praesto fuerunt, saeculo decimo adscribuntur:

- O Codex Vaticanus Ottobianus 35 membranaceus formae octauae f. 81 continet Sedulium et Iuuenicum (cf. Areuali prol. p. 48, Reifferscheid B. L. I. p. 594). Atque f. 1—3 legitur epistula a. M. cum adnotatione *hoc opus sedulius etc.*, carmine Asterii, praefatione capitulorum *Sedulius epistola etc.* Sequuntur *indicia titulorum XXIII singulis sequentibus capitulis siue coaptata. Versus Sedulii de Christo A solis etc.* F. 4<sup>b</sup>—33 p. carmen quattuor libris comprehensum, eodem folio carmen Bellesarii (II<sup>a</sup>) — f. 33<sup>b</sup> hymn. I cum subscriptione *Incipit ars Sedulii poetae etc.* (cf. supra p. XVII) — f. 35<sup>b</sup> *incipit glossa de prosa Sedulii* — f. 36 aenigma poeticum — f. 36<sup>b</sup>—81 Iuuenici carmen legitur. Lectiones huius libri omniumque Romanorum ex Areuali commentario recepi. De Ottobiano 2 (cod. Ottob. 36 s. XV) cf. Areu. p. 48.
- Reg. 1 Codex Vaticanus Reginensis 333 membranaceus formae quadratae auctore Reifferscheidio (l. c. p. 382) s. X scriptus continet post Iuuenicum f. 101<sup>b</sup>—162<sup>b</sup> Sedulii p. carmen quattuor libris diuisum. Sequitur *Domino sacro sc̃o beatissimo<sup>o</sup> atque apostolico et in toto orbe primo omnium sacerdotum*

*papae uigilio Arator subdiaconus* — f. 163 *hoc opus sedulius* etc. cum carmine Asterii et praefatione capitulorum *Sedulius epistola* etc. — *coaptata Iheronimus in cathalogo scriptorum dicit* et carminibus Bellesarii (II<sup>a</sup> et II<sup>b</sup>) (cf. Areuali prol. ad Iuencum 2, 48 ad Sedul. 3, 66).

Codex Vaticanus Reginensis 166 membranaceus formae Reg. 3 octauae continet post epistulas quasdam Apollinaris Sidonii f. 42—45<sup>b</sup> Sedulii ep. a. M. cum glossis et *hoc opus* etc. — f. 46 Prudentii psych. initium — f. 50 paschalis carm. lib. V u. 110—438 hymn. I Bellesarii carmina, carm. 716 u. 1—8 Anth. Lat. (ed. Ries.), hymn. Sedulii II u. 1—36 (cf. Areu. prol. ad Sed. p. 44, Reifferscheid. l. c. p. 406).

Codicis Vaticani Reginensis 1560 miscellanei f. 10— Reg. 4 23 s. X scripta continent Sedulii Carm. I 121—368 II 1—300. — F. 9 (s. XI auctore Mau) epistulam a. M. a uerbis *nec ieronimi* usque ad finem exhibet (cf. Areu. l. c. p. 44).

Saeculo undecimo scriptus est codex Vaticanus Regi- Reg. 2 nensis 300 membranaceus, qui post Aratorem f. 41—77 Sedulium continet atque f. 41 epistulam a. M. cum subscriptione *finit prologus sedulii presbiteri | hoc opus sedulius inter cartulas* etc.; sequitur carmen Asterii et post praefationem *Incip sacrum opus ex ueteri testamento quod poeta incitat se ad scribendum Cum sua gentiles* etc. — F. 76 desinunt Sedulii carmina quae excipiunt f. 77 carmina Bellesarii disticha Catonis (cf. Baehrens, Poet. lat. m. III 212) Eugenii metrum de decem plagis (cf. Areuali prol. p. 43, Reifferscheid. l. c. p. I 314).

Areualo auctore (prol. p. 42) eiusdem saeculi est codex Vaticanus (ueteris bibliothecae) 1665, qui praeter Aratorem V Sedulii p. c. lib. I hymnos epistulae a. M. fragmentum (usque ad uerba *de cottidianae uero misericordiae*) continet. Cetera desunt folio uno auulso uel pluribus. Post hymnum I leguntur duo uersus qui Sedulio sunt abiudicandi:

*Haec tua perpetuae quae scripsi dogmata uitae,  
Corde rogo, facias, Christe, manere meo*

(cf. meam comm. p. 46). De Vat. 2 (Vatic. 3178 s. XV) cf. Vat. 2 Areual. p. 40. Ex recentioribus libris ab Aruealo excussis

quod quisque memorabile continet, in apparatu critico deprehendes. Nam in tanta uetustorum librorum copia codices recentiores prorsus spernere nolui (qua in re uereor ne uituperandi ansam praebuerim) eo consilio ductus, ut per medium aeuum in quantum lectio Seduliana aut a uiris doctis sit emendata et castigata aut a librariis indoctis a uero detorta et deprauata exemplis parcis ostenderem. Inter quos eminet:

- b Bernensis 286 membranaceus formae quadratae f. 89 s. XI scriptus, qui post glossarium breue latinum Sedulium continet atque f. 3<sup>a</sup> *hoc opus sedulius etc. — sedulius epistola macedonio etc. — istud sequens XVI uersuum apologeticum elegiaco carmine metro constat esse compositum*, VERSVS ASTERII *Summe sacer etc. — Sedulius uersificus primo laicus etc.* In fine adnectitur: *Mos est poetarum in suis carminibus componere excusationem ut est 'nec quaeras opus hic' prefatio ut est 'cum sua gentiles' inuocatio ut est 'omnipotens aeterne Deus' expositio ut est 'primus abusque chaos' uel 'expulerat primogenitum' et rel. apologeticum est excusatio in quo solent quidam accusantibus respondere, in defensione ac negatione sola positum et est nomen graecum.* Sequitur f. 4—41<sup>b</sup> epistula a. M. et pasch. carmen quattuor libris diuisum cum hymnis; f. 42<sup>a</sup>—89 Aratoris subdiaconi carmina cum scholiis marginalibus; f. 89<sup>a</sup> quaedam de Aratoris uita (cf. studia Vind. II 89). De hoc libro cf. Hageni catal. p. 308.
- β Cum codice Bernensi 546 coniunctum est fragmentum quoddam f. 54<sup>a</sup>—61<sup>b</sup> (s. XI—XII) complectens Sedulii epistulam libr. I u. 1—99 hymnum primum (cf. Hageni cat. p. 452).
- c Codex Vindobonensis 307 membranaceus formae quadratae s. XI scriptus continet f. 91—58 Sedulii carmina, f. 59<sup>b</sup> orationis dominicae expositionem et de etymologia uocabulorum tragoediae et comoediae fragmentum. Dissentit liber diuisione librorum, post u. 260 libri quinti legitur: *Explicit liber quartus noui testamenti. Incipit liber V.*
- d Codex Vindobonensis 85 membranaceus f. 134 f. 1—2 centonem rerum ad poetae uitam spectantium continet (cf. *Zeitschr. f. österr. Gymn.* 1876 p. 500), f. 41<sup>b</sup>—42<sup>b</sup> uersus

Bellesarii, 2<sup>b</sup>—41<sup>b</sup> pasch. carmen cum hymnis, f. 42<sup>b</sup> uersus memoriales de auibus quadrupedibus et arboribus, f. 43<sup>a</sup>—57<sup>b</sup> A. Persii Flacci satyr. sex, f. 58<sup>a</sup> glossarium latinum, f. 58<sup>b</sup>—134<sup>b</sup> Terentii comoedias sex.

Codex Monacensis latinus 14569 (ol. S. Emmerami F 72) e membranaceus s. XI f. 33<sup>a</sup>—72<sup>b</sup> continet Sedulii p. carmen mutilum ab initio (duobus foliis auulsis incipit I 48) et hymnos cum subscriptione *hoc opus* etc., quae nomine *rufino asterio quinto* cum codice b facit. Glossae et in margine et inter uersus multae leguntur (cf. cat. codd. Mon. II 4, 2 p. 194).

Codex Monacensis latinus 14693 (ol. S. Emmerami G 77) f membranaceus s. XII scriptus f. 57<sup>a</sup> epistulam a. M., f. 62<sup>b</sup> Bellesarii carmen (II<sup>b</sup>), f. 62<sup>b</sup>—110<sup>a</sup> pasch. carmen cum hymnis exhibet. Glossae a duabus manibus sunt adiectae. Post hymnum II sequitur: *Hic ordiuntur capitula libri bestiarum uolucrum seu uermium* (cf. catal. codd. Mon. II 4, 2 p. 219). Solis codicibus Monacensibus etiam recentissimis usus est J. Loos-horn ad exornandam editionem, quae prodiit Monachi 1879.

Praeter Monacensem (f) ex libris s. XII scriptis hic illic laudauit codicem biblioth. uniuers. Graecensis 1585, cuius g collationem M. Petschenigii benignitati debeo; codicem bibliothecae Admuntensis 472 decurtatum a l. III 165—IV 189, a Marcianum cl. XII c. VII membranaceum fol. 36, quem m Rabodo quidam scripsisse uidetur (cf. f. 5<sup>b</sup> *Rabodo me fecit* et f. 1<sup>b</sup> *ich bieten dich fr. . durch diner zút*). Liber exhibet fragmentum: *ex concil agatense. ex concil Aureliani quaedam de clericis*, deinde Sedulii epist. ad M. cum multis glossis, quam excipit tractatus quidam de poeta eiusque scriptis (cf. meam comm. p. 16), Bellesarii carmen (II<sup>b</sup>), prologus centonis Probae. Sequuntur eadem fere quae e cod. Vind. 85 iam prius edidi. Desunt u. I 335—III 295 et hymnus II.

De codice Laurentiano plut. XXIV cod. XII s. XII meo l quidem iudicio scripto cf. Bandini *catal. bibl. Mediceae Laurentianae* t. IV p. 178 et Areuali prol. p. 54. Neque uiri docti qui ante Areualum Sedulii carmina ediderunt libris scriptis erant destituti. Henricus I. Arntzenius in editione cod. Arntz.

anno 1761 foras edita codice parentis sui, quem is Plin. paneg. 25, 5 et 49, 8 antiquum et laudandae uetustatis membranas designat, usus est qui liber hodie desideratus paschale carmen epigramma Asterii hymnum Sedulii primum continebat. Idem uir doctus a Petro Burmanno Secundo acceperat codicem

Alm. Almeloveenianum maioris formae, quo iam Cellarius editor usus fuerat, 'ob antiquitatem et scholia quaedam maxime commendandum'. In libro desiderabuntur cuncta a lib. I 181—

Grunn. IV 113 (cf. Arntz. prol. ad ed. p. 16). Ioh. Frid. Grunero, qui anno 1740 Sedulium edidit, contigerat, ut editione Tornaesiana anni 1565 cum notis mss. Erii Benzeli, ex ms. Cant. Cantuariensi, codice Nansii et codice Vulcanii ne per Cell. primum quidem librum integris uteretur. Chr. Cellarius in exornanda editione ann. 1704 (repetita 1739) adhibuit codicem Lips. Lipsiensem biblioth. uniu. (s. XIII). Horum codicum lectiones ex editionibus prolatas, si quae in rem esse uidebantur, in Barth. commentario notauit; item ex C. Barthii Aduersariis in quibus excerpta duorum codicum Sedulianorum deprehenduntur non spreui sed nonnulla memoratu digna récepi. Arntzenio Fabr. praesto fuerat etiam editio Georgii Fabricii <sup>1)</sup> (anni 1562), cuius margini C. A. Dukerus lectiones uariantes ex Parrh. antiqua Iani Parrhasii <sup>2)</sup> editione et Theodori Poelmanni uel Pulmanni schedis adscripserat. Poelmanni lectiones uariae Arntzenio ex mss. depromptae uidebantur, cum nonnunquam in schedis librorum scriptorum mentio fieret (cf. adnot. ad V 276). At quam nulla illi uiro docto habenda sit fides, paucis illustrat Noltius, Germania XX 130. Poelmannus iam antea Sedulium cum uariis lectionibus una cum ceteris poetis

<sup>1)</sup> Poetarum ueterum ecclesiasticorum opera christiana et operum reliquiae atque fragmenta thesaurus catholicae et orthodoxae ecclesiae et antiquitatis religiosae ad utilitatem iuuentutis scholasticae collectus emendatus digestus et commentario quoque expositus diligentia et studio Georgii Fabricii Chemnicensis. Basileae per Ioh. Operinum.

<sup>2)</sup> Prodiit haec editio Mediolani anno 1501 dedicata ciuilibus et pontifici iuris consultiss. Insubriaeque regio senatori domino Michaeli Riccio Neapolitano patricio. Inspeci hanc editionem in bibliotheca Marciana Venetiis. In fine huius editionis nonnulla de Sedulii et Prudentii genere dicendi et uersificandi addita sunt.

christianis ediderat, quae editio prodiit Basileae 1528, repetita cum epistula dedicatoria ad Reinhardum Lorichium Hadamarium Marpurgi Nonis Iuliis anni 1537. Inscriptio est: *Iuueni Hispani euangelicae historiae libri IIII. Caelii Sedulii mirabilium diuinorum sive paschalis carminis libri IIII una cum hymnis aliquot. Aratoris in acta apostolica libri duo. Venantii Honorii Fortunati hymni duo per G. Cassandrum integritati suae restituti. Omnia per Theodorum Poelmannum Craneburgensem recognita. Basileae.* Reperi praeterea lectiones praecipuas Fabricii et Conradi Histii Spirensis <sup>1)</sup> editionum, <sup>Spir.</sup> item Aldinae (anni 1501), ex qua descriptus est cod. Vati- <sup>Ald.</sup> canus Reg. 5 s. XVI (cf. Areu. prol. p. 47) <sup>2)</sup>.

Sedulii carminibus emendandis praeter editores inprimis studuit Thomas Wopkensius (cf. *Thomae Wopkensis Ad-<sup>Wopk.</sup>uersaria critica in Ciceronem Sallustium* etc. collegit Carolus H. Frotscher Lips. 1835 uol. II p. 300—352), qui postea obseruationum suarum aduersaria emendatiora ad Arntzenium transmisit (cf. Arntz. edit. prol. p. 21). Qui multis quidem locis lucem adtulit, plura coniecit, sed cum eius coniecturae magis ad sermonem Sedulianum corrigendum quam ad librorum errores detegendos pertineant, eas in commentarium quidem recepimus, sed a textu remouimus. Item Cornelii Valerii Vonckii coniecturas (cf. *Specimen crit. in var.<sup>Vonck.</sup> auctores* 1744 p. 177 et *lectiones lat.* 1745 p. 43, 59, 114—122) carminibus recensendis spreuimus omnes, qui Grunero recte iudicante ad innouandum nimis procliuis et de corrigendis quam intellegendis ueterum scriptis magis fuit sollicitus.

Sedulii codices quotquot aut ipse inuestigauit aut a priori- <sup>Archetypum</sup>

<sup>1)</sup> cf. meam comm. p. 58.

<sup>2)</sup> Recensum editionum multarum non omnium proposuit Arealus l. c. p. 58—70 seq., Brunet, *manuel du libraire* V 258 sq. Omnium antiquissima est Nicolai Cappusoti: *Celii Sedulii presbyteri, Mirabilium diuinorum libri quinque cum hymno et carmine elegiaco eiusdem, Jehan Petit. Venundantur Parrhisiis in uia ad Diuum Iacobum sub Leone argenteo et in monte Diui Hilarii sub speculo.* Sine anni nota Parisiis in quarto ex officina Ascensiana prodiit.

bus editoribus excussos habui ad unum archetypum exemplar saeculo ut uidetur sexto sermone uulgari scriptum redire mihi certissimum est. Quod commune archetypum litteris quadratis scriptum fuisse ex elementis permutatis CG, CT, FP, EI, CI U euincas, cum RS permutatae rursus ad scripturam Scotticam ducant cf. III 219 *calidi—gelidi* I 142 *incedens—ingrediens* II 12 *noncentos—nongentos* III 129 *lucentia—lugentia* III 40 *cradiens—gradiens* II 182 *uistera—uiscera* III 263 *fructibus—frugibus* I 133 *flexos—plexos* II 128 *fremitus—premitus* IV 82 *caparnae—cafarnae* V 266 *fatescunt—patescunt* V 211 *elegit—eligit* H I 21 *uinditus—uenditus* Ep. 12, 9 *faciente—faunte*.

Sermonis uulgaris proprietas, cuius uestigia in omnibus codicibus etiam recentissimis restant, homines medii aevi indoctos fallebat, doctos inducebat, ut emendarent uel glossis interpretarentur quae a sermone usitato recederent. Qua re singularis quaedam lectionis uarietas est nata ut IV 4 *sine nomine mixtum uulgu*, ubi libri aut *maestum* aut *mixtum* uel utrumque exhibent. *Mixtum*, quod in sermone uulgari *maestum* sonuit, lectionem genuinam esse Iuuenci loco simili h. e. III 760 satis comprobatur. Neque lectiones *horas* et *auras* (V 425 *aetherias euectus abit sublimis in oras*) ad duo archetypha ducunt, cum *o* et *au* sermone uulgari non distincta fuisse inter omnes constet; neque aliter de discrepantibus V 90 *uires* et *uis* est IV 260 *tutus* et *totus* V 342 *sopitus* et *sopitos* etc. iudicabis.

Praeterea cum Sedulii carmina per medium aeuum in scholis legerentur, quin magistri locos obscuros illustrauerint atque hic illic stilum auctoris emendare studuerint, non est dubitandum. Quod ut tibi persuadeas uelim conferas locum V 41 *Pactus grande nefas quauis mercede*: codices plerique nunc exhibent *parua*, cuius originem ex codicis A duplici lectione *parua quis cognosces*, cum antiquissimi lectionem genuinam seruarint. Sciolus quidam aevi Carolini singulare illud *quauis* uerbo *parua* illustrauit et commutauit.

M et T auctoritas Ad commune archetypum proxime accedit et antiquitate et auctoritate quamquam neglegenter ab inscio quodam scriptus —

id quod feliciter factum esse infra edoceberis — codex T eiusque gemellus <sup>1)</sup> decurtatus M. Hi contra reliquos omnes aut ueram scripturam indicant aut integram prae se ferunt, cf. V 137 *sublime cadauer* | *Ostendit populis, quanto de culmine lapsus* | *Pridem discipulus — tartareum discenderit usque profundum*: MT soli *discendere* seruauerunt, quod reliqui ex ratione uersus uarie in *descendit ad* uel *at*, O in *descenderat* correxerant. At ex Prosa p. 283, 3 *patefecit ex quanto culmine sit prolapsus* satis claret *discenderit* quod in sermone uulgari in formam *discendere* <sup>2)</sup> abierit esse uerum. V 21 *humilemque magistrum se faciens* praeter M et T in *humilem ministrum* libri commutauerunt, quod sermoni trito magis conueniret; lectionem *magistrum* Prosae uerba *doctor discipulis Dominus sese, famulis pedes abluens, inclinauit* confirmare mihi quidem uidentur. Lectionem ueram in epistula a. M. p. 8, 11 *exemplar* contra *exempla* reliquorum T solus seruauit; neque III 80 a lectione codicis T *effigiem reddit* recedendum esse putauit, quae ab *reddens* non multum, ab *repetens*, quod plerique praebent, plurimum distat. At codices T et M uariis mendis sunt deprauati siue librorum incuria siue quod ueri similis exemplarium ex quibus fluxerunt uitia, cf. praeter uitia M et T communia iam supra enarrata uersus in T omissos I 294—296, u. II 230 transpositum, ordinem uerborum turbatum V 415; III 147 errauit librarius in uerbo *sanum* quod cum *clarum* uerbo praecedentis uersus commutauit, in uerbis

---

<sup>1)</sup> Conspirant T et M in uersibus omissis V 333, 344, in uerbis omissis *hoc* IV 160 *tanti* V 252, in uersibus male diuisis V 119, 124, in lectionibus prauis e. g.: *curare* IV 143 *carnibus* IV 169 *undam* IV 185 *et* IV 240 *fecit* V 49 *tu* IV 157 *merentur* V 237 *de corpore* V 262 *corpore* V 291, in rebus orthographicis: *rauiis* IV 144 *habit* IV 147 *adriscente* IV 178 *dixerunt* 194 *thonantis* V 17 *labans* V 25 *arentis* V 90 *ad* 104 al. — dissonant in leuissimis scilicet orthographicis e. g. IV 146 *imperium* M *imperio* T 198 *uia* M *uiam* T 265 *prolaes* M *prolac* T *defaetibus* M *defitibus* V 20 *caelebrans* M *celebrans* T 67 *ensis* M *in ensis* T 98 *expuere* M *expoere* T 379 *didimos* M, *dydimos* T. Quae cum ita sint, ualde est dolendum codicem M non integrum exstare.

<sup>2)</sup> Similiter librarius exemplaris, ex quo fragmentum Monacense fluxit, II 276 *traderit* pro *tradere* scripsit.

*imperiosa sacri*, pro quo *imperio sacri* syllaba *sa* altera neglecta scripsit; V 262 *de* contra metrum additum est. Ter, quod fortasse mireris, uerbo *corpore* fallit

I 245 *Sanctificat, nisi corde pio, nisi pectore casto* (*corpore* T Reg. 1)

V 291 *Fonte renascentes membris et sanguine Christi* (*corpore* M<sup>1</sup>T<sup>1</sup>)

V 350 *Quem nos deuoto portamus pectore Christum* (*corpore* MT<sup>1</sup> et al.);

cf. praeterea II 36 *propheta* pro *properata* II 116 *paruulorum* contra metrum pro *paruorum* V 136 *fallax* pro *falx* 157 *tu* pro *tuum* 197 *quod* pro *quo* 263 *qui* pro *quia* 390 *ludens* pro *recludens* 416 *pacem inquit omnes habete* pro *pacem omnes inquit habete*.

In exemplari codicis T uel potius in ipso archetypo glossae uel duplices lectiones fuisse uidentur cf. II 122

*Milia plangoremque dedit tot matribus unum*

T praebet *luctumque, luctum plangoremque* A, unde colligamus in archetypo communi *plangoremque* exstitisse — II 148

*Parto redduntur nato mox praedicat agnus*

TA, alii pro *parto*, quod metri necessitas exigit, exhibent *edito*, quod ex archetypi interpolatione *Partu* (cf. BC<sup>2</sup>D F<sup>2</sup>G H<sup>1</sup>L<sup>1</sup>) *edito* fluxisse uidetur.

Correctus est T ex exemplari codici A cognato cf. I 168 <sup>pu</sup>*polo* (*pu* a. m. 2) T *populo* A, II 19 *facie* T (corr.) *faciae* A, I 42 *pedorem* T<sup>1</sup>P *puorem* T<sup>2</sup>A, II 84 *et* T<sup>1</sup> (*sed* corr. m. 2) *sed* A, II 280 *aget* T<sup>1</sup> *agat* T<sup>2</sup>A, III 49 *caruasa* T<sup>1</sup> *carbassa* T<sup>2</sup>A, III 292 *uerbum* T<sup>1</sup> *uerbo* T<sup>2</sup>A, IV 58 *artis* T<sup>1</sup> *atris* T<sup>2</sup>A, V 49 *fecit* T<sup>1</sup> *fecerat* T<sup>2</sup>A. Quae si recte disputata sunt, satis elucet codices antiquissimos M et T duces quidem esse in crisi instituenda, at non satis certos, a quibus recedendum erat, quotienscumque causa erroris erat in aperto.

I'A Codices saeculi octauui I et A, mutilus uterque, lectiones complures codicis T uel MT confirmant contra reliquos inter-

polatos, cf. V 225 *conspicuos pomis non decipientibus hortos (deficientibus reliqui)*, lectio codicum MTΓA comprobatur Prosa p. 290, 1 *interque beatos frondibus ramos ac nullis ultra pomorum decipientes insidiis serpens* — V 390 *ut lateat sub nube doli (lateat MTΓ<sup>1</sup>, in A uersus non exstat)* — I 202 *tantumque ardore calentes (TΓ<sup>1</sup>)* — I 288 *hic est ille lapis reprobum quem uertice gestat (reprobum TΓ<sup>1</sup>A, reprobus rell.)* — I 242 *heu miseri qui uana colunt (uana T A Γ<sup>1</sup>, fana plerique)*. Saepe A cum T facit cf. p. 6, 6 *elata TA eleuata rell.*, p. 6, 7 *ad (pro at) TA I 71 instaurans T<sup>1</sup>A I 335 comitatur TA IV 252 prignantis TA (prignatis M) V 156 fallax M<sup>1</sup>TA I 329 cauti T A L<sup>1</sup> pro cati* — cum M facit A V 68 *porregit (porriget T<sup>1</sup>)* — I 195 *depositum T<sup>1</sup> cum Γ praebet (depossitus A) II 52 prae filiis hominum TA natis (filiis) Γ*.

At uterque errores multos et lectiones ab archetypo discrepantes easque ab interpolatione profectas prae se fert cf. IV 203 *planta MT planus A Γ<sup>1</sup> IV 278 lacrimis MT lacrimisque Γ A IV 281 infernis MT inferis Γ<sup>1</sup>A IV 303 in solido MT in solito A Γ I 268 rogans T rogas Γ A IV 265 defaetibus M defitibus T defoetibus A Γ IV 241 missilae M missilae T misile Γ A*.

Codex A, qui multis et uariis mendis laborat<sup>1)</sup>, interpolationem saepius admisit duplici modo, cf. praeter u. V 176 interpolatum I 353 *dignatus sumere formam, t carnem* in marg. (cf. Pros.) II 239 *tractare, t gestare* in marg.; II 81 *gerens*, reliqui *alens* uel *halens* uel *habens* — II 174 *non honorauerit* pro *non numerauerit* (quod fortasse ex errore profectum est) — III 96 *confirmat* pro *mundauit* III 117 *tribuerit* pro *tenuarat* etc. At multo magis interpolatio in Γ

<sup>1)</sup> cf. I 144 *exultat* pro *extat* I 168 *populo* pro *polo* I 180 *leuis aereos t orbita* I 268 *lingua* pro *ligna* II 14 *miscere* pro *nescire* II 14 *coniuncta* pro *cum uicta* II 15 *inreparibili sorte* pro *inreparibilis horae* II 55—56 *membra summus* pro *summus membra* II 100 *semper* pro *semperque* III 138 *constrictam* pro *constrictum* IV 47 *lustratata* pro *lustrato* IV 71 *donec donat* pro *donec* cf. IV 162, 260 et supra p. X.

grassata esse uidetur cf. I 202 *audente* TA *ardente* Γ I 267 *censusque* TA *censumque* Γ V 260 *odiosa* T (non exstat in A) *exossa* Γ<sup>1</sup> IV 174 *ad quam* TA *ad quem* Γ et alii. Quae cum ita sint, neque unum ex altero neque utrumque ex eodem libro prognatos esse apparet. Codicem Γ complures correctores expertum esse iam diximus, ex quibus unus ex exemplari T simili correxit cf. supra I 267 *censumque* corr. in *censusque* (= T) IV 146 *imperio\*\** (sa male deletum) *imperio* T. A propius ad T accedere ex uitiiis communibus colligas cf. I 213 *fuertunt* TA pro *furuerunt* I 203 *imagine* TA pro *imagineae* I 257 *genitum* TA pro *geminum* I 274 *uirique* TA pro *uerique*.

Itaque codices A et Γ per se satis suspecti multum tamen ad lectiones antiquissimorum recte iudicandas ualent.

KLPZ Codices saeculi noni in duos ordines discedunt, ex quibus unus K et LPZ efficitur (cf. IV 58 \*\* *spargitur* (ad eras.) KLPZ V 319 *dicet* KLPZ<sup>1</sup> V 430 <sup>su</sup>*per* (su a m. 2) KL PZ V 385 <sup>r</sup>*fere* (r s. l. a m. 2) KLPZ V 396 *nam* s. l. K<sup>2</sup> LZP<sup>2</sup> III 129 *languentia*) et codicibus s. VII et VIII cognatior est cf. V 350 *quem nos deuoto portamus pectore Christum* (corpore MT<sup>1</sup>K<sup>1</sup>L<sup>1</sup>PZ<sup>1</sup>), in reliquis correctum est ex sententia *pectore*, quod Prosa firmatur 297, 9 *quem nos tota mentis et pectoris deuotione portamus* — V 397 *quibus omnis in illa* (illo MT<sup>1</sup>KL<sup>1</sup>PZ<sup>1</sup>) IV 295 *aequi* MTKL<sup>1</sup>PZ<sup>1</sup> atque K cum MT omittit u. V 344 et cum TA exhibet 9, 11 *licentiae* 7, 1 *dum* 12, 2 *te* (om.) II 36 *properata* I 286 *querentem* cf. etiam I 174, 358 II 296<sup>1</sup>). Multo artius LPZ LPZ et patria et lectionibus inter se cohaerent cf. IV 184 in marg. add. m. 2 III 265 *grande* IV 8 *et* (om.) IV 237 *lapida* IV 271 *intrat* V 75 *malit* 204 *facit* 209 *tamen* s. l. 310 *d̄mn̄*, qui confirmant lectionem codicum antiquissimorum MT contra reliquos cf. IV 203 *uix unus reduci conuersus tramite*

<sup>1</sup>) Cum LZ consentit K I 84 agnos II 86 *sermonis* II 339 *militet* II 251 *succedent* IV 213 *adcedere* IV 194 *turbabat* — cum LP IV 259 *ad* s. l.

*planta* (*planta* MT<sup>1</sup>P<sup>1</sup>L<sup>1</sup>Z<sup>1</sup>) V 41 *quavis* (cf. supra p. XXVI) IV 281 *infernīs*; IV 162 *parum* lectione *scribita* a uero *scribat* distant; cum TA lectione II 115 *paruulorum*, cum A faciunt lectione praua IV 273 *quartus dies* pro *quarto die*. Archetypi proprietatem scribendi singularem quam maxime una cum antiquissimis seruauerunt: id quod in quauis pagina deprehendas. Quamquam P<sup>1</sup>) et Z a manu prima eodem hiato laborant cf. V 196—201, tamen Z cum L cognatiorem esse apparet his I 78 *uno om.* L<sup>1</sup>Z<sup>1</sup> 111 *tumerè* L<sup>1</sup>Z<sup>1</sup> 113 *ededit* L<sup>1</sup>Z<sup>1</sup> 119 *ut* L<sup>1</sup>Z<sup>1</sup> 174 *ante<sup>a</sup>* LZ, *deitate<sup>is</sup>* LZ 301 *in s. l.* LZ, u. II 48 in marg. add. LZ<sup>2</sup>. Neque unus ab altero fluxit.

In altero ordine codicum saec. IX, qui libris E et FGH EFGH constat, interpolatio multo latius est grassata. Iam in codice E uers. I 213 additum legimus, qui deinde in recentiores libros abiit; uersum esse interpolatum ex Prosae uerbis satis elucet. Versum I 59 codex G<sup>1</sup> in hunc modum exhibet

*Qui colit inueniet centenum germine fructum*

cf. praeterea III 59 *clamantibus* EFGH (*lacrimantibus* lectio uera) — I 242 *fana* EFGH — I 325 *sequantur* EFGH — II 153 *proprio* — *sereno* EFGH — V 190 *colligit* EFGH — II 162 *senseruntque* F<sup>1</sup>GH (*senserunt* E cum reliquis) — V 10 *clarificabo* FG<sup>1</sup>H (*clarificemque* E cum antiquissimis) — III 15 *gestabant* E<sup>2</sup>FGH<sup>2</sup> — III 210 *multo* FGH — I 185 *merito qui et* FGH; interpolationes codicis A receptae sunt cf. II 160 *limfasque* EFGH (*lim* in ras. E) — III 96 *confirmat* EFH, cum L et Z duplicem lectionem *confirmat mundauit* a manu prima receperint — III 149 *diffusso* FGH *difusso* A — at IV 2 *mixtum* recte scripserunt EFGH 9, 8 *habitet* FG etc. Sed discrimen statuendum est inter EF (cf. descriptionem horum librorum supra p. XIV sq.) et GH cf. 5, 13 *uoluntarius* s. l. EF, ad quos accedit R — 5, 14 *libertatis uiam* EF *uiam libertatis* GH 9, 4 *transmittere documenta* EF *documenta transmittere* GH cum aliis 11, 1 *ego ad haec* EF ad

---

1) Consentit P<sup>1</sup> cum T<sup>1</sup> in omissis uersibus I 294—296, dissentit a Z praecipue uers. V 207 et 208.

*haec ego* GH 11, 9 *accipiens* GG om. FG V 160 *spectare* EF *sprare* GH IV 225 *qua* EF *qua* GH III 203 *messes* F cum optimis, E *menses* false cum A, *annos* GH ex interpolatione.

s. IX—X <sup>codd.</sup> E codicibus quos saeculo IX uel X adscriptimus R cum K cognationem quandam prae se fert cf. 1, 3  *censura* KR, *thetricę* K *trite* R 3, 7 *anhelitos* KRS 6, 4 *paulolum* KR 8, 5 *ursini* KRS 8, 7 *iuuenalem* KR et alii (omittit cum K subscriptionem libri tertii) — B cum E cf. III 285 *clarumque* BE IV 41 et om. BE III 203 *menses* BE — C corruptissimus horum est cf. 2, 9 *operis* pro *iuris* 4, 1 *ad* pro *id* 6, 9 *ac* pro *at* 11, 6 *collocutionibus* pro *conlationibus* 11, 10 *alios saluos* pro *saluos* 12, 1 *faceres* pro *efficeres* III 164 *cunctaque* pro *functaque*, quamquam etiam bonas lectiones praebet cf. I 195 *depositum* V 278 *insaturata*. Cum Carnotensi cognatus est Cantuariensis, quo Grunerus usus erat cf. I 253 II 70 III 164.

s. X <sup>codd.</sup> Inter codices saeculi decimi multis mendis est deprauatus Sangallensis S, quem hic illic cum KR facere iam supra diximus, cf. I 108 *negauit* I 164 *diem t̄ lucem* I 215 *beato* I 297 *una manens semper* II 3 *portauit* II 135 *trahit* II 138 et II 101 *deitate* V 350 *pondere* (lectio antiquissimorum MT corpore supra) — non paucis codex D cf. 4, 10 *incitans* 9, 11 *potuisset* II 265 *ore uerbo* I 98 *paucos* cum KL<sup>2</sup> I 275 *narrare* cum KL<sup>2</sup> II 2 *portabat* (etiam KL<sup>2</sup>) II 105 *redire* (etiam KL alii) II 164 *fugisti* III 68 *obsequium* III 218 *quae redit a cunctis, non est data copia mensis aliĩ* *Reddita que cunctis n. e. d. c. m.* III 320 *in aula* IV 72 *afferre* IV 133 *dedit* IV 227 *de putco* IV 308 additum (ut in O) *cui sanctus semper conregnat Spiritus aequae* — cum Monacensis T plerumque A sequatur interpolationibus perpauca admissis cf. 3, 12 *uenas* AT 5, 8 *blandimento uiderint* AT I 55 *semita* AT<sup>1</sup> I 142 *incedens* T A (*incidens*) IV 34 *uacuas* AT IV 124 *non* T<sup>1</sup> (S) IV 196 *carens* T IV 226 *hauserat* T V 166 *speciesque ut* T.

E codicibus Romanis ab Areualo exhibitis Reg. 1 non-<sup>Rom.</sup> nullas lectiones habet communes cum T<sup>1)</sup> et A cf. II 122 *luctumque* T Reg. 1 II 245 *corpore* T Reg. 1 I 7 *aut* TA Reg. 1 II 272 *negemus* T Reg. 1 2, 9 *deus* om. A Reg. 1 5, 3 *cognouit* A Reg. 1 I 47 *profana* T Reg. 1 alii I 98 *potentem* TP Reg. 1 I 133 *flexus* T<sup>1</sup> Reg. 1 cf. I 301 II 148 III 224 IV 239 V 274, 375, 425; at iam uersum interpolatum I 213 ex E receperat, quocum facit etiam in uersu I 235 (<sup>sub</sup> *de rone* E *de* Reg. 1) I 251. Nouauit I 328 *ostendant* II 28 in II 39 *nascendo*... IV 174 *facilis* V 13 *increpuisse* 219 *libera*. Etiam codex Reg. 4, quamquam ad ordinem KLPZ prope accedit (cf. 11, 10 I 274, II 88), uariis mendis est deprauatus et interpolationi nonnunquam patuit cf. I 281 *acutus* I 282 *iuuet* I 289 *angelus* II 12 *nongenitor* II 69 *creator* II 97 *est* om. II 158 *lauit* II 198 *ardet* II 223 *trahent* neque aliter de codice O<sup>2)</sup> iudicari est aequum, qui partim lectiones antiquissimorum firmat (cf. IV 260, 76 V 137, 156), partim interpolationes et errores non paucos prae se fert (cf. II 239 III 117, 294 IV 309, V 212, 404 H I 32, 36...).

E codicibus s. X inferioribus, quos raro laudauit, antiquissimorum proprietatem maxime seruauit b, qui haud raro ad A et K proxime accedit cf. 7, 5 *qui dum* I 88 *arare* I 366 *defleuimus* III 263 *fructibus* III 290 *adhunc* (= T) IV 71 *donat* (*t donec*) V 383 et 384 — reliqui hic illic uerum seruauerunt, saepius a uero aberrarunt uel consulto noua et falsa intulerunt.

Codices saeculi X et XI, item his recentiores forsitan omnes omittere potui: sed in scriptore tam uetustis libris tradito utile uidebatur uniuersae fere lectionis per diuersos libros diffusae quasi historiam proposuisse. Itaque cum omnes Sedulii codices ad unum exemplar redeant, contigit, ut editorum recen-

<sup>1)</sup> Conspirat cum T etiam Reg. 3 decurtatus H I 13 *ut* 28 *populis mundi* 89 et (om.) 10, 10 *uirginitatis*; dissentit H I 8 *per quam* I 21 *uenitus* I 100, 107 etc.

<sup>2)</sup> Cum codice C communem habet inscriptionem *Incipit ars Sedulii*... cf. supra p. XVII.

tissimorum neque Areualus, qui codicibus Romanis usus erat, neque Looshornius, cui Monacenses soli praesto erant, in grauiore errores sit inductus, quamquam neuter perspexerat, qua ratione crisis Seduliana suscipienda esset. Falsi sunt praecipue lectionibus illis speciosis, quae a uiris doctis profectae iam s. IX, ut supra demonstratum est, in carmen inreperunt, quae quidem ut suo splendore causam emendationis satis produnt ita uetustissimorum librorum integritatem simplicem testantur. Si codices antiquissimi saec. VII et VIII a librariis diligentius essent excussi, reliquos negligere poteramus. Ut ueram lectionem inuestigaremus et detegeremus, tot tamque uarios fontes adiimus <sup>1</sup>).

In orthographia carminum constituenda libros in uniuersum secutus sum, at ex formis uulgaribus eas recepi quae cum aeuo Seduliano conuenire uidebantur. Quae ex posterioribus saeculis inreperunt tantum non omnia excussi, cum ex libris uetustissimis iisque sermone uulgari scriptis minima quaeque in notis adposuerim, ut tandem aliquando uera imago exprimi posset orthographiae quam dicunt per saeculum V et VI usitatae.

## II.

Macedonius presbyter, ad quem Sedulium carmen suum direxisse supra diximus, poetae imperauerat, ut 'paschalis carminis textum in rhetoricum transferret sermonem' <sup>2</sup>). Opus officio purae deuotionis confectum Sedulius ad eundem Macedonium cum epistula dedicatoria misit, in qua causam iniunctae prouinciae his tangit uerbis: *utrum quod* (sc. carmen) *placuerit ideo geminari uolueris, an quod offenderit, ut potius arbitror, stilo censueris liberiore describi: sub dubio uideor fluctuare*

---

<sup>1</sup>) De reliquis codicibus per Germaniam Franciam Britanniam Italiam Hispaniam diffusis, quos aut consulto spreui aut in tanta copia librorum adire non potui, dubito, num magna de iis possint sperari.

<sup>2</sup>) cf. epistulam alteram p. 171.

*iudicio. Rationem operis geminati explicat atque recusat ita* <sup>1)</sup>: *Siquidem multa pro metricae necessitatis angustia priori commentario nequaquam uidentur inserta, quae postmodum linguae resolutio est adsecuta, dederimus hinc aliquam forsitan obtrektoribus uiam, dicentque nonnulli fidem translationis esse corruptam, quia certa uidelicet sunt in oratione, quae non habentur in carmine . . . . nostri prorsus a sese libelli non discrepant, sed quae defuerant primis addita sunt secundis. Nec imparcs argumento uel ordine, sed stilo uidentur et oratione dissimiles. Atque de inscriptione libri addit* <sup>2)</sup>: *Priores igitur libri, quia uersu digesti sunt nomen PASCHALIS CARMINIS acceperunt, sequentes autem in prosam nulla cursus uarietate conuersi, PASCHALIS designantur OPERIS uocabulo nuncupati* <sup>3)</sup>. Igitur cum paschali opere carmen explicetur, nemo infitiabitur illud ad rationem carminis recensendi recte instituendam plurimum ualere, id quod qui ante nos Sedulii operibus operam dederunt plerique aut neglexerunt aut non satis perspexerunt.

Paschale Opus aeuo sequente quamquam non eadem qua Carmen tamen aliqua auctoritate fuisse, e testimoniis aeui Carolini colligi licet. Atque apud Bedam (hist. eccles. gentis Anglorum V 18) legimus: *(Aldhelmus) scripsit et de uirginitate librum eximium, quem in exemplum Sedulii geminato opere et uersibus hexametris et prosa composuit. Item Rhabanum Maurum Sedulii exemplo ductum carmina sanctae crucis laudi dicata etiam sermone pedestri circumscripsisse, ex ipsius uerbis constat* <sup>4)</sup>. Temporibus sequentibus Opus in minore pretio habitum esse, ex eo colligas quod raro est descriptum. Libri manuscripti, qui nostra saecula tulerunt, sunt hi:

<sup>1)</sup> ibid. p. 172, 2.

<sup>2)</sup> ib. p. 173, 16.

<sup>3)</sup> cf. etiam A. Ebert, *Lit. des Mittelalters* I p. 363.

<sup>4)</sup> cf. praef. libr. II carm. s. crucis: *Mos apud ueteres fuit, ut gemino stilo propria conderent opera, quo iocundiora et utiliora sua legentibus forent ingenia . . . Ut de ceteris taceam, quid aliud Prosper ac uenerandus uir Sedulius fecisse cernuntur?*

P Codex Parisinus latinus 12279 (ex bibliotheca mss. Coisliniana, olim Segueriana, quam Henricus du Cambout, dux de Coislin, monasterio S. Germani a Pratis legauit a. 1732 — in f. 3<sup>b</sup> legitur *Wigeridus sc̃ae Mariae Virduni*) membranaceus formae quadratae s. IX scriptus continet f. 1—9 breuem explanationem super euangelium Iohannis, f. 9—10<sup>b</sup> S. Gregorii epistulas IV 30, IX 75, IV 2, I 5 (10<sup>a</sup> Gregorius Narsi VI cf. II 492 ed. Bened.) — 10<sup>b</sup> sc̃i Gregorii in libro XVI moralium Iob de libero arbitrio (altera pars paginae uacua); f. 11—47 Bedae commentarios super Marcum, f. 47<sup>a</sup> INCIPIT EPISTOLA SEDVLI PRESBITERI. Post epistolam ad Macedonium et praefationem sequuntur capitula libri I. (Capitula, quae singulis libris praemittuntur, cum libro sequente R fere conspirant; in margine uersuum inscriptiones desunt). Sedulium f. 59<sup>a</sup> excipit epistula 'gislae et richtrudae ad Albinum' (cf. Iaffé, *Mon. Alcuin.* p. 530), item alia (cf. ib. p. 588); f. 61<sup>a</sup>—119<sup>b</sup> Alcuini commentarii super Iohannem; f. 120<sup>a</sup> uacuum; f. 120<sup>b</sup> *incipit expositio allegorica uenerabilis uiri Bedae praesbiteri in libro beati patris Tobii* (sic); f. 124<sup>a</sup> incipiunt explanationes allegoricae Bedae de sex huius saeculi aetatibus, f. 124<sup>b</sup> de trina opinione fidelium quando ueniat Dominus; f. 125<sup>a</sup> de die iudicii, f. 126 de ortu et obitu patrum, f. 127<sup>a</sup>—131<sup>b</sup> Theodulfus de baptismo, f. 131<sup>b</sup> incipit opusculum de actione missarum, quod explicit f. 147<sup>b</sup> (*HXIIICYΘ*). Sequuntur epistolae: ad Timotheum, ad Philomenem, ad Titum. Textus a duabus manibus negligentissime <sup>1)</sup> est scriptus; librarius alter (a f. 58<sup>b</sup>) priorem negligentia uincit. Hunc munere suo non perfunctum esse ex libro quinto in fine mutilato (a uerbis *quod ei . . . =*

---

<sup>1)</sup> cf. 181, 21 *simul* pro *sinum* 189, 2 *cultis* pro *cultibus* 200, 1 *hospitalitatis* pro *hospitalis* 201, 19 *dec'* pro *de cuius* 205, 1 *ambiguas donas infiq;* pro *ambias dolis interfici* 213, 10 *dominus* om. 215, 14 *fragili* pro *frugali* 217, 2 *portantes ad rerum* pro *potestates at iterum* 221, 6 *cui'* pro *cui* 228, 13 *indemepti et inpunitatem* pro *indepti et inpunitatem* 234, 2 *in diu mutatum* pro *in diuina tantum* 245, 1 *corporis torporis glaties* pro *torporis glacies* 253, 10 *tantum tantum* 259, 1 *aut* pro *at* etc.

v. 380) patet, quamquam liber integer ei praesto erat quod ex uerbis inferioribus (*tale genus — praecepta dei*) inepte insertis colligas. Correctores expertus est duos, ex quibus unus eiusdem saeculi esse uidetur, alter ex exemplari emendato et codici R simili correxit (*m. 2 signauit*).

De fragmento quod exstat in codice Sangallensi 877 s. IX G cf. supra p. XIII.

Codex Rheinaugiensis 77, qui nunc Turici in bibliotheca R pagi adseruatur, s. X est scriptus (ut iam Augustino Calmet abbati uisum est) continet f. 1 et ultimo fragmentum carminis theotisci (cf. *Zs. f. deutsch. Alterth.* 1880 p. 111), f. 2—52 paschale opus cum epistula dedicatoria ad Macedonium, quod finitur adnotatione illa ex codicibus Carminis satis nota: *Hoc opus Sedulius inter cartulas dispersum reliquit, quod recollectum adunatum atque ad omnem elegantiam diuulgatum est aturtio rufio asterio excons̄ orđ. atque patricio quod et subsequentes eiusdem indicant uersus Sume sacer meritis etc.* Sequitur manu recentissima scripta missa Sigismundi regis pro febricitantibus. Opus diuisum est in libros quinque; capitula quae in margine et inter lineas leguntur ab eis differunt, quae collecta in initio libri uniuscuiusque leguntur. Horum recensum spreui, ne librum nimis rebus leuibus onerarem. Scriptus et correctus est a librario docto et emendandi studioso <sup>1)</sup>, cui duo exemplaria praesto fuerunt. Lectiones alterius exemplaris nota *alibi* indicatae (cf. 195, 10. 200, 4. 203, 23). Retractauit codicem manus secunda, quae menda et uocabula omissa hic illic refecit, multo plura neglexit.

Codex Harleianus 3012 (ex libris S. Martini monasterii H Wiblingensis) f. 84 s. X scriptus continet post Augustini retractationem de animi quantitate f. 33<sup>b</sup>—71<sup>b</sup> Sedulii opus, quod excipiunt quaedam Hieronymi scripta f. 71<sup>b</sup>—84<sup>a</sup> (cf. Zangemeister, *Bericht über die Durchforschung der Bibliotheken Englands* p. 12). Capitula partim litteris uncialibus partim

<sup>1)</sup> cf. 190, 1 *sacrificare litare* 187, 11 *agrestia ministri regis aulici* 208, 16 *israhelitico* 220, 10 *habitet*.

minusculis scripta et in initio librorum collecta et in margine uersuum leguntur neque inter se neque cum inscriptionibus codicum P et R conspirant. Incipit codex a praefatione *Paschalibus te dapibus*; epistula ad Macedonium in fine legitur. Correctus est liber a duabus manibus, ex quibus altera radendo et obliterando litteras primae manus deleuerat, ut lectiones prorsus discrepantes (cf. infra XLIII) inferret. Quae cum ita sint, primum librarium inprimis respexi. Librum in meum usum contulit H. Sedlmeyer, a me rogatus iterum inspexit H. Schenkl.

B Codex Bruxellensis miscellaneus 5649—5667 s. XI ut uideatur scriptus (cf. *Bulletins de l'académie de Bruxelles* 1843 tom. IX p. 362) continet f. 166<sup>r</sup>—183<sup>v</sup> Prosam Sedulii (quae pars numero 5664 est signata) uersuum 31 uel 32, margines bibliopegae incuria decurtati sunt. Prosa incipit a uerbo *quam decutit* (= lib. II p. 212, 9), desinit in fine libri V uerbis: *uniuersa librorum*. EXPLICIT PROSA SEDVLII. Capitula quidem et inscriptiones non leguntur, at initia capitum uel spatio uersibus intermisso uel litteris initialibus in maius diductis indicantur. Correctus est a manu altera non multo posteriore, quae *m. al.* in commentario est signata. P. Schroeder in meum usum contulit.

I Iuretus, qui primus paschalis operis editionem a. 1585 parauit, codice nunc deperdito usus est, quem a Pithoeo uiro doctissimo acceperat. Audiamus, quae Iuretus ipse in Addendis editionis proferat: *Damus igitur nunc primum hoc opus paschale ex tenebris erutum, in quibus multa saecula dilituit, idque beneficio Petri Pithoei Iureconsulti clarissimi, qui fecit copiam exemplaris*. In iactura codicis neque mihi multum inuestiganti neque prioribus editoribus qui bibliothecas maximas adierant contigit, ut editio quidem a Iureto ipso confecta inueniretur. Recusa est editio in nonnullis editionibus bibliothecae Patrum, ex quibus mihi quidem praesto erant editio

col. Par. Coloniensis a. 1618, Parisina a. 1654 cum notis Iureti  
 Gall. in appendice additis, editio Gallandii de Prosa emendanda  
 satis meriti (a. 1773), qui Parisina a. 1624 ac Lugdunensi  
 Arev. usus erat, denique Arev. ali, qui praeter editionem Galladianam

aliasque Parisinam antiquissimam anni 1589 contulerat. Ex lectionibus quamquam paucis ex editionibus excerptis satis cognosces, quam multa uitia per saecula in opus inreperint. At per aeuum medium plures quam hodie Prosae libros manuscriptos exstitisse ex catalogis uetustis docemur, cf. catalogum s. XI scriptum bibliothecae nunc incognitae apud L. Delisle, *Le Cabinet* etc. p. 479): 96 *Liber Sedulii prosaice*; bibliothecae Cluniacensis (s. XII et XIII): 530 *Volumen in quo continetur Sedulius metrica et prosaice, quoddam eligiarum, opus Victoris de concordia discrepantium sententiarum in compoto, expositio sancti Augustini de tabernaculo*. Tulli Leucorum s. XI. in armario Sancti Apri fuit: *Sedulius prosaicus vol. I* (cf. Docen, *Neuer litt. Anz.* 1807 p. 66). Inter libros, quos Madalinus ecclesiae Pataviensi a. 903 dono dederat, fuit carmen paschale Sedulii in uetus et nouum testamentum cum prosa ipsius (cf. A. Czerny, *Die Bibliothek des Chorherrnstiftes St. Florian* p. 233) <sup>1)</sup>.

Codicibus R et H ante me iam usus erat E. Ludwigius, qui a. 1880 paschalis operis librum quintum multa cum laude edidit.

Prosae codices quotquot exstant in duos ordines discedunt auctoritate multum discrepantes, quorum unus codicibus P R, alter H B I libris efficitur (fragmento G exiguo in examen non uocato). Quantum uero codices unius ordinis ab altero differant, cum capitulorum discrepantia et capitum ordine (cf. libri V cap. 2, 3, 4 p. 233, 234, 193) tum ex lectionibus perspicitur his inprimis inter se conlatis:

---

<sup>1)</sup> Legitur praeterea in Labbei bibliotheca noua p. 23 *Vidimus quoque eiusdem* (sc. *Sedulii iun.*) *seu potius antiquioris exemplar operis paschalis quatuordecim prioribus capitibus initio mutilum in cuius fine erant adscripta Hoc opus etc. — Sume sacer meritis etc. — Haec placuit adscribere, quod diligentissimi Francisci Iureti sollertiam fugerint. Sequuntur in eodem codice laus dominae Eunomiae sacrae uirginis, conflictus ueris et hiemis, Commodiani instructiones et alia complura, quae suis locis repraesentabimus.*

PR (uera lectio)	HI (v)
180, 8 <i>fungentem</i>	<i>fulgentem</i>
182, 8 <i>parceret</i>	<i>filium non feriret</i>
188, 23 <i>nutu traxerit</i>	<i>nutu (natu v) retraxerit</i>
193, 15 <i>autem</i>	om.
194, 23 <i>ostentant</i>	<i>ostendunt</i>
196, 6 <i>spatiantur</i>	<i>sparguntur</i>
209, 15 <i>confidentum</i>	<i>confitendo</i>
210, 22 <i> fuerit</i>	<i>fuit</i>
212, 1 <i>baptizandus</i>	<i>baptizatus</i> H <i>baptizaturus</i> v
	HBI (v)
213, 11 <i>cum</i>	<i>sunt</i>
216, 22 <i>dignaretur saeculares</i>	<i>saeculares dignaretur</i>
217, 7 <i>posuerit</i>	<i>deposuerit</i>
220, 5 <i>donaret</i>	<i>largiretur</i>
222, 5 <i>discipulis se</i>	<i>discipulis suis</i>
287, 22 <i>quia</i>	<i>qui</i>
230, 1 <i>arbor est</i>	<i>arborem</i>
232, 6 <i>uidelicet</i>	<i>scilicet</i>
233, 1 <i>dehinc</i>	<i>inde]</i>
235, 17 <i>providus</i>	<i>profidus</i>
236, 15 <i>pariter</i>	<i>pariter iter</i>
244, 1 <i>sicut ex uno—tractibus</i>	om.
253, 13 <i>stercoribus</i>	<i>sordibus</i>
255, 15 <i>parate</i>	<i>parare</i>
265, 8 <i>acmularum</i>	<i>nebularum</i>
272, 14 <i>moderatur</i>	<i>moderat</i>
280, 1 <i>ignorantiae</i>	<i>ignorantiae mcae</i>
290, 9 <i>totus</i>	<i>cunctus</i>
291, 10 <i>nequissima</i>	<i>sacuissima</i>
293, 11 <i>sacramenta</i>	<i>sacrata</i>
294, 9 <i>acerba</i>	<i>acerua</i>
298, 13 <i>ante</i>	<i>ante mortem</i>
302, 2 <i>praerogare</i>	<i>prorogare.</i>

Quae cum ita sint, non est dubium, quin codices alterius ordinis ex exemplari interpolato et glossis aucto (cf. *ut*

*filium non feriret deposuerit nebularum* <sup>1)</sup> *saeuissima cunctus mortem*  
*parceret, posuerit, acmularum, nequissima, totus, ante)*  
 prognati sint. At nonnullis locis hic ordo ueram scripturam  
 integram aut seruauit aut indicauit cf.:

HB I (v) uera lectio	PR
193, 20 <i>dixit esse</i>	<i>dixisse</i>
211, 6 <i>potuit</i>	<i>fuit</i>
222, 15 <i>canentium</i>	<i>canticum</i>
226, 13 <i>uirus</i>	<i>uirtus</i>
239, 19 <i>frigentibus</i>	<i>frigentis</i>
241, 7 <i>uocibus</i>	<i>uocis</i>
220, 10 <i>habitans</i>	<i>habitant P, habitet R.</i>

Iam ex his discrepantiarum exemplis elucet duos codicum  
 ordines ad unum archetypum redire <sup>2)</sup>, quod scriptura quadrata  
 et continua scriptum fuisse litteris CG, CT, IT, FT, IL, EI <sup>3)</sup>  
 permutatis et inepte direntis (inprimis in P et H) <sup>4)</sup> satis  
 patet. Librarius archetypi in finalibus praecipue syllabis lit-  
 teras *m*, (*n*), *t*, *s* modo neglexerat modo peruerse addiderat,  
 uocales *e*, *i* — *o*, *u* saepe permutauerat.

Ex archetypo fluxit codex (*x*) litteris anglosaxonicis <sup>5)</sup> com-  
 pendiose saeculo septimo uel octauo scriptus, quem eadem fere

<sup>1)</sup> Fortasse *nebulonum* erat scriptum.

<sup>2)</sup> cf. 193, 20 *dixit esse* et *dixisse*, quae e communi lectione  
*dix̄ esse* uel *dix̄ eē* — *canentium* et *canticum*, quae e communi lectione  
*can̄tium* fluxisse uidentur.

<sup>3)</sup> cf. 194, 13 *inguita* pro *inculta* P; 211, 12 *interior* pro *inferior*  
 PRH; 238, 12 *martidetalis* pro *marcidae tabis* P; 267, 2 *edaces* RH,  
*adates* B; 258, 1 *glaudis* pro *claudis* P 266, 21 *fautiem* pro *faciem* P.

<sup>4)</sup> cf. e. g. 180, 19 *uinitori* nam *netri pudians* P *uinitor in anne*  
*tripudians* R *uinitori nam nec* III HI; 199, 6 *praesenti annuntiauit* H;  
 208, 13 *quin et* (pro *qui nec*) P; 218, 2 *pignaculis altum* P; 223 10 *quod*  
*iectum* PHB; 284, 9 *pro uita* (*prouida*) R.

<sup>5)</sup> Litterae *r* *s* saepe permutatae cf. 178, 12 *decespitis* — *decer-*  
*pitis* 179, 13 *saporeos* — *arboreos* 189, 14 *inclinatus* — *inclinatur*, non  
 raro *a* *u* cf. 187, 4 *traduntur*, *truduntur* 195, 9 *tuas* — *tuus*; etiam  
*ci* *u* 187, 3 *uincti* — *cuncti*; *e* *e* cf. 258, 22 *eum* — *cum* (saepe); *a* *o*  
 179, 1 *aperiens* — *operiens* 176, 12 *calomo* 195, 6 *sacramenta* — *sacra-*  
*mento*.


menda habuisse, quae codicem A supra (p. VIII) descriptum inuaserunt, facile euincitur cf. 181, 6 *enitar v*, *enitear* PR, *emetar* H; puto in codice *x* fuisse *enietar*, quod correctum exstat in *v* (an a Iureto?), deprauatum est aliter in PR, aliter in H; praeterea cf. scribendi proprietates has: 235, 17 *profidus* (*prouidus*) 225, 4 *abuiditate* (*auiditate*) 232, 14 *ferbisse* (*feruisse*) 266, 21 *fautiem* (*faciem*) 246, 20 *quofinos* (*cofinos*), *exuriem* (*esuriem*) 209, 3 *conssistens*, 5 *ressponso* 238, 15 *absoluere*. Quae pleraeque omnes ad P pertinent, quem etiam antiquitate ad archetypa proxime accedere supra iam dictum est. Idem solus ueram lectionem seruauit uel indicauit contra reliquos inprimis in priore libri parte cf. 171, 9 *prouintiam* P<sup>1</sup> *prounica* P<sup>2</sup>RH (et I ut arbitror, quod Iuretus emendauit) 173, 8 *oblocum* P, *obliquum* R, *obloquium v* (ras. in H) 173, 19 *utramque* P, *utram* RH(I) 177, 12 *societate* P<sup>1</sup>, *societas* P<sup>2</sup>RHGv 177, 14 *ponemus* P, *ponimus* RHGv 178, 16 *introite* P, *introistis* R, *introitis* H (*it* in ras. m. 2, cum H codicem Iureti conspirasse ueri simile) 204, 10 *deliqueras* P *delinqueres* RHv... Codicem R emendatum esse eoque ab antiquissimis longius distare paucis exemplis confirmabo: 220, 10 *habitans* HBv, *habitant* P, *habitet* R (*quamuis* praecedente) 208, 16 *Israhel populo* (*isrl*) P, *Israhel* H, *israhelitico* R) 237, 6 *torua* R, *turba* rell. 180, 19 *uinitori nam netri pudians* P, recte litterae diductae sunt in R *uinitor in amne tripudians* et sic saepe. Ex mendis codicis et consensu reliquorum emendationes a docto librario profectae pernoscentur.

E codicibus ordinis alterius optimus est H, pessimus I, B medium inter utrumque locum tenet, tamen ita ut codicem I sit propior.

B cum I lectiones deprauatas communes habet permultas cf. 213, 5 *ei caeli* 215, 8 *et* om. 218, 20 *fraude et* 221, 3 *et quoniam* — *caelestia* om. 223, 4 *pericula praelia* 5 *perpete* 224, 7 *dum tam* 225, 3 *namque* 5 *beatitudinis* 17 *hacc super* 234, 8 *specie quoque* 240, 15 *prodibat* 241, 8 *plangebant* 244, 8 *quia* om. 17 *quasi qui* 245, 2 *sopitam* 6 *et* om. 8 *nil*

246, 12 *maxime antiqua* 258, 13 *diuina cognosci* etc. Cum multa menda codicis B sint propria (cf. 214, 7. 215, 2. 216, 1, 4, 16, 19. 217, 2, 7. 218, 2, 15. 219, 2, 15, 17. 220, 3, 13. 221, 7. 222, 1, 2, 10. 224, 7, 10, 20. 225, 9, 14. 226, 3, 6, 8. 227, 12. 229, 3, 4, 6. 230, 12, 18 etc.), multo plura codicis I, quorum magnam partem Iuretum deterxisse uerisimile est, hos libros ex eodem fonte fluxisse putare minime licet, quamquam ambo ab archetypo satis longe distant. At corrector libri H, quem signo H<sup>2</sup> indicauius, exemplari usus est I consimili, ut I et H<sup>2</sup> ex codice quodam (*y*) ualde deprauato prognatos esse persuasum habeamus. Itaque codicum cognatio hoc stemmate a Ludwigio incohato, a me perfecto depingitur:

*Arch.*



## AD APPENDICEM.

In appendicem recepi primo epigramma Asterii et carmina Liberii et Bellesarii uel Liberii Bellesarii, de quibus iam supra p. II uerba fecimus. Neque nostra editione excludendum censuimus centonem Vergilianum illum, quem Martenius, primus cum carmen ederet (cf. *Ampliss. coll.* IX p. 126) Sedulio adscripsit his uerbis: *In peruetusto codice Corbeiensis monasterii* (ante annos nongentos exaratum dicit p. 14), *unde Iuuenici librum in Genesim*<sup>1)</sup> *eruimus, extat absque ullo auctoris nomine Sedulii presbyteri Scoti operis paschalis liber I, cui tamquam pars eiusdem nulla interposita dictione, nulla diuisione nulloque titulo praemittitur sequens de uerbi incarnatione car-*

<sup>1)</sup> Cf. Cypriani Opp. III p. 283 ed. G. Hartel; R. Peiper in praef. ad Alcimi Aviti opp. p. LXIII.

men. Liber nunc Parisinus miscellaneus 13047 (olim Sangermanensis 841, cf. L. Delisle, *Inventaire des mss. de St. Germain*, Paris 1868 p. 86; G. Hartel in praefatione ad Cypriani opp. III p. XXII; H. Omont in *Revue de philologie, nouvelle série* IV 1880. p. 67) s. IX scriptus continet post Cypriani (cui uulgo adscribitur) carmen de resurrectione mortuorum ad Felicem f. 113—115 centonem inscriptione nulla, quem f. 115<sup>a</sup>—122<sup>a</sup> Sedulii paschalis carminis liber I cum subscriptione *Explicit de uctus testamentum* excipit; f. 161—163 Sedulii hymnus I legitur (cf. infra p. 116 cod. II). Ex eo, quod centonem illum Vergilianum sequitur Seduliani carminis fragmentum, Martenius perperam collegerat centonem etiam ad Sedulium pertinere, cum pari iure carmen ad Cyprianum, cuius opusculum in libro praecedit, referas (cf. meam de Sedulii scriptis comment. p. 45 et Peiperum l. c. p. LXIII). Librum in meum usum accurate excussit A. Ive.

Litteris aevo Carolino renatis homines doctos libris et sacris et profanis explanandis multam operam dedisse res est satis explorata. Inter Sedulii commentatores longe principem locum tenet Remigius Antissiodorensis, is quem 'Expositionem in Opus carminis paschalis' codice Monacensi 19456 s. X (ex parte etiam in Mon. 22307) adseruatam confecisse in libello *Ueber ein Glossenwerk zum Dichter Sedulius* (Wien, 1880) ostendi <sup>1)</sup>. Cum hac Remigii expositione conspirant 'glosule super Sedulium et Catonem', quae in codice 144 s. X—XI bibliothecae collegii Gonville and Caius Cantabrigiae exstant. Specimine codicis a Roberto Bensly librario liberalissime ad me dato edoctus sum Monacensem Cantabrigiensi non solum antiquitate sed etiam auctoritate praestare cf. p. 316, I *sed Paterius discipulus eius perfecit* Mon., *sed pater eius discipulus* p. Cant. — *Seueritatis i. grauiditatis* Mon. *Seueritatis i. auuiditatis grauiditatis* Cant. Ad idem Remigii opus redire uide-

<sup>1)</sup> Remigium Antissiodorensem expositionis auctorem fuisse nunc confirmatur testimonio nouo ex catalogo uetere bibliothecae Cluniacensis prolato (cf. Delisle, *Le Cabinet* p. 458 s.): 540 *Volumen in quo continentur Remigius in minores partes et maiores, et expositio eius in Sedulium et Catonem, habens in medio cenam Cypriani.*

tur, quod uetus catalogus (s. XI) bibliothecae de Puy profert (cf. Delisle l. c. p. 443): '*20 Deinde commentum Sedulii Bede Catonis III*'. At haereo utrum ad Remigium referendum sit necne quod legitur in catalogo uetere bibliothecae S. Amandi (cf. Delisle l. c. p. 452): '*120 Sedulii paschale carmen cum glossis super idem*' et in catalogo librorum Friderici archiepiscopi Salisburgensis: *glosarium super Sedulium egloga* (cf. Endlicher cat. codd. mss. p. 197). Prorsus diuersa a commentario Remigii sunt glossae, quae in codice Laudunensi 468 s. IX exstant, quarum specimen a Matheio bibliothecae praefecto mecum communicatum hic propono: *Ex epistola Sedulii glossae. Seueritas, quasi seua ueritas id est duritia. Prærogatiuum id est priuilegium propria dignitas beneficium ante donatum excellentia meritorum laus gratia honor auctoritas optima scientia. Prærogans enim ante impendens, prærogatum antecedens beneficiis. Suffultus — sustentatus adiutus a suffulcio. Inmensum — inmensuratum. Pelagus interpretatur latitudo maris sine litore. Tiro tener miles dicitur qui nouo tempore uenit ad militiam uel secundum Isidorum tiro fortis dicitur. Linter — nauicula et dicitur quasi litus terens uel eo quod linquitur manu. Deuotum — uoluntarium uel libenter. Naufragia — nauium fractiones hereses. — Glossae a carmine separatae in exemplari, ex quo codex Vat. Ottob. 35 s. X (cf. supra XX) fluxit, fuisse uidentur (cf. Reifferscheid B. P. I p. 595): *Incipit glossa de prosa Sedulii. Dominus dictus est quod dominetur — Beatus opulentus potens. abundans*, reliqua in Ottobiano desunt. Neque glossae, quae in Monacensi 14420 s. XII f. 145 leguntur, cum Remigii commentario congruunt neque quae in codice Bruxellensi 5665 s. XII f. 182—185 exstant ad Remigium pertinere uidentur cf. *Bulletins de l'académie royale Brux.* t. X. p. I p. 368: *Incipiunt glosae interpretatione Sedulii rctoris. glosae id est interpretationes seu claus scripturarum* <sup>1)</sup>.*

---

<sup>1)</sup> Addunt litterae academicae l. c. 'A la fin des glosses sur Sedulius se lit de la même une pièce qui débute ainsi et qui offre des indications

 oblocum P, obliquum R, obloquium v, ras. in H      tui] eras. H<sup>2</sup>, om. v  
 9 primu\* H, primum v      10 sententias reprobæ P (reprobate in mg. add. m. 2), sententia reprobate R, s. reprobate H      facias H  
 11 dilectet H      12 nauiga||||| equore H      nauigare rursus v  
 nauigem P      nunc in portu iam nauigem] locum Iuretus asterisco notauit  
 13 Tandem aliquando post undas calcare liceat. nos arenas tetigimus montes ex pelago. Tangamus etc. Col. Par.; calcare liceat; non arenas Gall. in textu, c. liceat nos arenas qui tetigimus m. e. p. in adn.  
 14 ex saxo] s a m. 2 P      15 irruentibus Rv      nauali] naua H  
 16 qu\*a R      18 nullam H      prosa nulla v  
 19 utram RH      materie R, materia H

Domino nostro Iesu Christo, qui uota non recusat humilium,  
congrego supplicanter et offero, cui uirtus, honor et gloria  
cum Patre et Spiritu sancto per omnia saecula saeculorum.  
Amen.

1 dñō nřō ih̄u xp̄o *RH*, nostro *om. Pv* qu uota *H*  
2 \*\*grego *H*, et grego *Iv* (uel et rogo), erogo *Arev. coni.* cui  
ē *R*, cui \*\*\* *H cf. epist. Carm. praemissam* 3 sp̄u sc̄o *PR*, sancto  
spiritu *H* sc̄la sc̄loꝝ aĩ *R* EXPLICIT EPISTOLA *R, om. PH*

---

# SECVLII PASCHALIS OPERIS

## PRAEFATIO.

Paschalibus te dapibus conuina quisquis inper<sup>tis</sup>, accubitare nostris non dedignatus in toris, erectum supercillii depone fastigium si carus aduenies et amicus, nec opus codicis hic requiras artificis sed exigua paruae mensae sollemnia laetus  
5 accipiens, contentus adsumens, libentius animo saturare quam cibo. aut si magna potius ubertate rerum caperis opimarum diuitiasque praecipuas deliciosus expectas, nobilium debes cenis satiari doctorum, quorum multiplices referri nequeunt apparatus. illic profecto repperies quicquid maris nutrit unda uescendum,  
10 quicquid terrae fecunditas subministrat, quicquid in nubibus pennali corpus libramento sustentat. in ipsis etiam ferculis

Incipit p̄fatio sacri operis beati sedulii p̄bri (in mg. m. 2) P, incipit praefatio Sedulii antistitis in soluta oratione Paschalis carminis ad lectorem v impertis R, inper<sup>tis</sup> H (corr. m. 2) acubare G, accumbere v 2 thoris (exp. m. 2) H, thoris G 3 aduenies HGv 4 artificis] in ras. G sollemnia RH 5 adsumens G, assumens PRH contentu<sup>s</sup> (s a m. 2) H libentius H (corr. m. 2), libentius G, libens plus fort. (cf. Carm. v. 6) satiari P (in mg. saturare add. m. 2), saturare G (in mg.) 6 at v pocius G opimarē<sup>ū</sup> P (corr. m. 2), opimarū (ū a m. 2) H 7 diuitiasq: (i a m. 2) H praepu<sup>ci</sup>llas (ci a m. 2) H, p̄cipu<sup>as</sup> G delitiosus PH, delicios G exspectas G 8 saturari R, saciari HG referreneq:unt H, nequeunt referri v apparatus GH<sup>t</sup> (corr. m. 2) 9 repperies GRH quicquid (utroque loco) v maris H nutriuit Par. Gall. 11 poenali P

pretiosa nimis uarietate gemmatis flauescunt nectareis sua mella cum ceris, et aureis adpositus in canistris colore metallo fauus adludit. at nos de pauperis horti seminibus holus uile decerpimus, quod in rubra testae parapside uoto magis quam splendore cernimur ministrare.

5

## LIBER PRIMVS.

1 Cum poetarum studiosa consuetudo gentilium fabulosi carminis nugas nobilium commendet pompa uerborum, et siue clamoribus coturnatae tragoediae seu ridiculi Getae comica foeditate uel quibuslibet metricae numeris disciplinae priscorum scelerata 10 temporum gesta, nonnulla etiam probrae narrationis arte composita Niliaci papyro gurgitis calamo perarante contradant: cur ego, qui decacordo psalterio inter beati dogmatis choros Dauiticae modulationis cantus exercens spiritualia reuerenter

1 p̄tiosa P, pretiosa R, praetiosa H (exp. m. 2), p̄ciosa G  
uarietate H flabescunt G nectaregis P, nectaris R, nectarei<sup>s</sup>  
G 2 con ceris G appositis R, adpositus H (corr. m. 2),  
adpositi G concolore H, c̄color G, concolor v 3 faus G  
alludit RH(?) G, sic ex uestigiis detritae scripturae ueteris exemplaris  
expressi Iur. pauperis (cis corr. m. 2) H olus R  
4 decerpimus ex decerpit G corr. p̄apside (ra a m. 2) P, par-  
opside v 5 cernimur RG, cernimus PHv 6 Inscriptionem  
addidi 7 fabulosi H, fabulosas v 8 commendet (ar a m. 2)  
P, commendat G, commendaret RH 9 coturnate tragoediae (t  
a m. 2) P coturnate RH getae P, gestae G comica H  
10 disciplinam P, corr. in disciplinae m. 2 11 etiam P, eciã  
G probae (a, e a m. 2) P, probra v narrationis G 12 ca-  
lomo P papyro H corr. m. 2 c̄radant G 13 Quor P  
ergo G deca corda G in G dogmatis H, dogmatis G  
coros H diuitice G, dauidicae v modulationis] s in ras. m. 2  
H exerens (c a m. 2) P spiritualia v

dicta respondeo, mirabiles Christi salubresque uirtutes pressa  
 uoce reticeam, cum ueritatis opus arripere et fidelis instrumento  
 sermonis dona debeam caelestis gratiae non tacere? nulli si-  
 quidem iustius humani cordis et sensus famulatur officium  
 5 quam omnipotenti Domino, qui sensus instituit, corda fundauit  
 ut deuota semper Creatori materies proprium non relinquat  
 auctorem, cui fabricam sui iuris nec subtrahi conuenit nec  
 perire, cui ditione perpetua in aetheriis arcibus una est cum  
 Patre potentia, par splendoris claritas, communis apicis indiuisa  
 10 sublimitas, honor aequus, eadem uirtus, sociale fastigium, re-  
 gnum temporibus infinitum, iugi semper manens aeternitate  
 principium, sceptri societate consors gloria, similis et maiestas.  
 haec est ad salutis domicilium dirigens uia, haec firmis  
 gressibus ad paschalia dona panditur semita. hic nostri ponemus  
 15 operis fundamenta, huc igitur aegras cuncti mentes aduertite,  
 hanc morbis medicinam letalibus adhibete, quos noxiae dis-  
 putationis uana serpit intentio et Attici dogmatis insanabilis  
 disciplina Cecropiae sauciat ueneno doctrinae, ut cum uitales  
 auras, diuinae legis spiramenta flagrantis odorem gratiae

1 dicta *H corr. m. 2* praessa *H*, p̄ssa *G* 2 arripere\* (t  
 eras.) *P* instruendo *H*, instrumenta *Gv* 3 caelestis (s a  
 m. 2?) *P* gracie *G* tacere] DE QUALITATE PATRIS ET FILII *R*,  
 de qualite<sup>ate</sup> patris et filii *H (corr. m. 2)* 4 famulantur *H*, famulati  
*G* 5 instruit *RH* et corda *Gall.* 6 craeatori *H exp.*  
*m. 2* 8 conditione *P*, ditione *RH*, dic|cione *G* ether<sup>is</sup> *H*  
*corr. m. 2*, aethereis *v* 10 uirtu<sup>s</sup> sociale *G* sociale\* (t eras.)  
*P* 11 iuge *R* 12 societate (f a m. 2) *P*, societas *RHGv*  
*cf. Carm. v. 34* magestas *RG* 14 panditur *H r exp. m. 2*,  
 pandit<sup>i</sup> *G* ponemus *P*, ponimus *RHGv sed cf. Carm. v. 37*  
 15 huic *PH* 16 loetalibus *PRH*, letalib; *G* noxie *P*  
 17 <sup>a</sup>na (a a m. 2) *P* insanibilis *H corr. m. 2* 18 doctrinae]  
*explicit G* 19 spiramento *v* flagantis *H*, flagrantes *v*  
 odore *Hv fort. recte*

suauitatis hauriatis, Athenaei paedoris ingluuiem sensu deinceps  
 puriore linguatis. quid tenebrosis erroribus labyrintheos, The-  
 sidae, circumitis anfractus et inuolutis exitu pereunte uestigiis  
 caligantia caecis ambagibus antra lustratis? quid adhuc  
 labruscam bonae uiti praeponitis? quid nitidis saliunculam 5  
 rosariis antefertis? quid in lapideis simulacris et aereis figuris  
 inani cultu confidere, an fana profana, ueneranda metallica,  
 proderit animas seruitute damnare? parcite, quaeso, iam parcite  
 squalentibus harenosi pulueris glebis et sterilium nuda perfrui  
 siccitate camporum, ubi numquam grauidis arua uisceribus 10  
 laborem sudantis agricolae fecunda norunt releuare mercede.  
 nec de caespitis cruenti germinibus toxica letalis suci nutri-  
 menta uellatis, quae cibus semper amica tartareis uitae nesciunt  
 famulari sed morti. quin potius iucunda florei graminis prata  
 et amoenos beatae sedis accessus per liquidos puri fontis 15  
 latices introite, ubi uitalium seminum diuinis aquis animata  
 fecunditas nutrit segetem reuulsa sentium asperitate cres-  
 centium, quae nimia frugis ubertate multiplicis Dei queat

1 suauiter *fort.* hauritis *v* pedorē *H* athenei *P*  
*RH* inlubiem (u a m. 2) *P*, ingluuiā *R*, inlubie *H*, illu-  
 uiem *v* 2 lin//quatis *H* quid] s. l. *P*<sup>2</sup> labyrintheos *v*,  
 labyrintheo *P*, labirintheo *R*, laberinttheo *H* 3 circuitis *v*  
 preeunte *R* 4 caliganti *P*, ca\*ligantia *H* 5 ui\*\*ti (ti *eras.*)  
*H* saliuncam *v* 6 lapidis (e a m. 2) *H* &ereis *R*  
 7 ina\*n cultu *H* ac *v* pfana s. l. *P*<sup>2</sup> 8 animos *v*  
 9 arenosi *P* p  
 perfrui (p a m. 2) *P*, perflui *R* 10 sccitate  
 (i a m. 2) *H* 11 foecunda *P* reuelare *P*, reuelare *H* *corr.*  
*m. 2* 12 decespitis *R*, decerpitis *H*, caepitis uel cespitis *v*  
 cruentis *R* sed cf. *Carm. v. 51* lo&alis *PR*, laetalis *H* suci  
 (c s. l. m. 2) *P*, soci *H* *corr. m. 2* 14 iocunda *PRH*<sup>1</sup> (*corr.*  
*m. 2*) flore *P* germinis *Hv* parata *H* *exp. m. 2*  
 15 baetate *H* a *exp. m. 2* et sic saepe 16 latices *P* introistis  
*R*, introitis *H* it in *ras. m. 2* 17 crescentium (em a m. 2) quae  
 nimia *P*, crescenteque nimia *R*, crescentemque nimiam *HI* 18 uber-  
 tatem *H* multiplici (e a m. 2) *P*, multiplicis *RHI* quaeat  
*R*, q//at *H*

esse iam messis ac spem futurae mercis aperiens centenis cumulis fructum maxima recondat in horrea.

Omnipotens indiuidui Deus numinis et aeterni, qui totum 2  
sacro nutu contines mundum, qui machinam caeli tuorum  
5 digitorum operatione firmasti et potentis uerbi fabricam con-  
didisti, qui rapidam pelagi fluctuantis insaniam limitem  
terrenae uicinitatis obruere terminis prohibes constitutis, qui  
solis radiantis aspectus et cornigeros lunae uultus diei nocti-  
que conterminans utriusque luminis uices sacro moderationis  
10 libramento dispensas, qui stellarum numerum potestates signa  
nomina loca cursus ac tempora solus colligis, solus agnoscis;  
qui rudis terrae membra torpentia per diuersos motus uiuis  
animasti corporibus, qui hominem fructus arboreos uetita  
praesumptione mandentem postquam morte condemnas, melioris  
15 cibi sacramento resuscitas et a uiperei morsus uoluptuosa  
fallacia potu sanguinis immaculati conseruas; qui humani  
generis nomen praeter quos custos arca munierat repentina  
surgentis inundatione diluuii mersum penitus ac sepultum ex  
una rursus progenie multiplicas restitutum, ut mysticae

1 future *P* operiens *PRH*<sup>1</sup>, operiens uel aperiens *v* 2 ma-  
ximum *v* 3 DE ORATIONE IPSIVS SEDVLLI *R*, ORAT OMNIPOTENTEM  
CREATVRARVM AVCTOREM DARI SIBI RECTAM DICENDI CARMINIS VIAM DE  
MIRACVLIS DICTVRO PAVCA DIVINIS *H* nominis *PRH* et] *om.*  
*H* 5 potenti uerbi uirtute *coni. Gall.*, potenti uerbo *coni. Arev.*,  
*sed cf. 20, 20* nempe rerum omnium creatori, cuius cuncta seu nota siue  
latentia uerbi constant machinis fabricata 6 rapidam *R* pela-  
gis fluctuantis *H*, fluctuantis pelagi *v* 7 terrae-nae *H* <sup>cini</sup>  
tatis *P corr. m. 2*, uicinalis *H corr. m. 2* constitutis *om. P*  
8 noctisq; *R* 9 luminis <sup>uultus</sup> uices (uultus *a m. 2*) *P* sacrae *Hv*  
10 potestatis (e *s. l. a m. 2*) *P* 11 munera *v* 12 membra *P*  
diuersas *H* 13 <sup>arboreos</sup> saporeos *P corr. m. 2* uetita *H* 15 re-  
suscitans *nonn. editt.* uipereo morsu *R* 16 fallatia *PRH*  
immaculati *Rv* 18 diluuii inundatione *v* 19 progeniae *P*  
multiplicare *v*, multiplicare statuisti uel multiplicas restitutum *coni.*  
*Gall.* mysticae *P*, mystica *R sed cf. Carm. v. 75*

demonstratione uirtutis, quod carnis delicta necauerant, fida  
 ligni protectione uallatum per unum totius mundi baptisma  
 panderes abluendum: illam mihi placidus uiam, illam supplici  
 demonstra nunc semitam, quae ad salutaris urbis moenia  
 paucorum dirigit angusto calle uestigia, Hierusalem scilicet 5  
 ciuitatem Dominicam, Christi passione nostrum pascha  
 gestantem, ut per hanc corporalis gratiae hospitalitate fungentem  
 ad illam spiritalis gloriae mereamur patriam peruenire, et sit  
 lucerna pedibus meis uerbum tuum, Domine, quo recti  
 fulgor itineris ad illa me florei graminis loca perducatur, qua 10  
 nitidum bonus pastor ouile conseruat, qua uirginis ouis agnum  
 niuea claritate purissimum grex omnis sequitur candidatus.  
 non est uia difficilis, si te ducem praebere dignaberis. omnia  
 tuae subiacent potestati, omnis tuis imperiis natura succumbit  
 et in aduersas species ac figuras iussu dominante pertransit. 15  
 si uelis glacialibus segetes annuas flauere temporibus, producit  
 falcibus agilem hiems pigra messorum, si uernalis plagae temperie,  
 cum prima florum palla tellus adoperta resplendet, grauidis  
 uineam pampinis iubeas parturire, musteo uinitor in amne  
 tripudians uiscera felicitatis uuae nectarea temulentae calcis grata 20  
 propulsabit iniuria: cunctorumque temporum uices mutatis  
 fructibus non rennunt Creatori seruire. mirabilium siquidem

9 cf. Psalm. 118, 105

1 demonstratione *H* carminis (mi *exp. m. 2*) *H* necarent<sup>ue a</sup>  
*P corr. m. 2*, naecauerant *H* 2 mundi *om. P* totum baptisma  
*R* 3 placide *H* supplici] <sup>supplici</sup> placide *P corr. m. 2* 4 nunc  
 demonstra *v* 6 dominica *P* 7 hospitalitatem *P*, hospitalitatem  
*Hv* fungentem *PR*, fulgentem *Hv* 9 quod *RH* 10 illa  
 me] illam *H* 15 diuersas *H* spetias *H corr. m. 2* 16 si  
 uelis glacialibus segetes annuas flauere *v* producit *PH*, perducit  
*R* 17 fal\*cibus (la *eras.*) *R* agilem] *uncinawit P<sup>2</sup>*, habi-  
 lem *R*, *euan. in H* hiemps *PH* pigra] *s. l. P<sup>2</sup>* uer-  
 nales *R* temperiae *P*, temperiem *R*, temporis *v*, tempore *Arev.*  
 18 pallida *H* 19 uinitori nam netri pudians *P*, uinitor in amne  
 tripudians *R*, uinitori nam *nec/// HI*; uinitori iam nec repudians  
 uiscera felicitatis uuae nectarea, temulentae *v ex coniectura Iur.*  
 20 temulente *PR* 21 <sup>P</sup> pulsabit (*p a m. 2*) *P* rennunt *PRH*

diuinorum cana pandit fides indicium et antiqua patrum testis origo priscorum, nec abolenda saeculis aevo senescente transactis immortalia caelestium uirtutum signa perdurant. ex quibus metu trepidantis ingenii pauca saltim audaci relatione  
 5 perstringere uix nostris animis et cordi permittimus inbecilli, ut siluam magnae densitatis ingrediens aliquos enitar extrema digitorum summitate ramos adtingere. nam etsi humano corpori centum simul ora subpeditent centenisque linguarum motibus uox ferrea clamare non cesset, quis cuncta ualeat  
 10 expedire quorum numeris nec astra caeli densissima nec bibula maris harena conueniat?

Primus, ex quo in claram mundi faciem rerum confusa  
 3 materies, quae chaos dicta est, uerbo fabricante surrexit, Enoch Deo gratissimus et dilectus uiuacem gloriam consecutus, per  
 15 innumeros annorum cursus humanae modum naturae transgrediens, nascendo terrae munus impleuit sed morti miraculum, cui subtractus est, concitauit.

Marcebant Sarrae iam senectute membra languentia, et  
 4 grandaeuo situ sanguis extinctus annosi corporis uenas desperatae prolis sterilitate damnauerat, cum senioris uiri fecundata  
 20 conubio sinum gelidi repente uentris extendit et tumidis nouo partu praecordiis natum sera felicitate progenitum in spem

2 seculis *P* euo *P* 3 immortalia *R* 4 saltem *v*  
 5 inbecillae *R* 6 enitar *v*, enitear *PR*, emetar *H* 7 adtingere *P*<sup>1</sup>, attingere *P*<sup>2</sup>*RH* corpore *R* 8 ora ora *P* sup-  
 peditent *R*, subpeditet *H* 10 numerus *H* densissimam *P*  
 11 arena *P* post conueniat *ras. in H* 12 DE TRANSLATIONE ENOCH  
*R* in] *s. l. P*<sup>2</sup> mundum faciem — confusam *H* 13 surrexit]  
 DE TRANSLATO DIVINITVS NE MORERETVR ENOCH *H* Ex quo in claram  
 rerum faciem confusa materies, quae chaos dicta est, Verbo fabricante,  
 surrexit. Enoch *v* Aenoch *P* 16 tera *P* sub morti *H*  
 17 subtractus *P*<sup>1</sup> (tū *corr. m. 2*), sub|stractus *R* 18 DE CONCEPTV  
 SARAE IN SENECTVTE *R*, DE PARTV SARRAE *H*, de partu Sarrae  
 nonagenariae sterilis *v* Sarae *R* 19 grandaeuo *libri* sanguinis *H Par.*  
 exstintus *H* desperate *P* 21 conubia  
*RH* simul *P corr. m. 2*, signum *H*

futurae gentis et populi ad lactei potus ubera mater tremebunda suspendit.

- 5 Quem genitor munus Deo obtulit, cuius fuerat in desperatione promissio; stetit puer ad iugulum et factus est aries holocaustum. o sancti mens intemerata pontificis! humana 5 respuit, diuina prospexit, filio dum uitam denegat adquisiuit. Abraham gladium protulit ut feriret, et Dominus sacrificium sibi mutauit ut parceret. grande scilicet gerebatur in hac pietate mysterium, quod pro humani generis uita sponte se Christus mitis agnus offerret ad uictimam. 10
- 6 Loth peritura fugiebat ex Sodoma, cuius uxor incautae praesumptionis audacia, dum respicit quod euasit, mutata salis remansit in statuam non pro sapientia, sed pro poena. nullus enim ad contempta semel mundi discrimina praecipiti rursus cupiditate conuersus iucundae salutis laetitia perfruetur. nec 15 enim dignus est arator ille uentura fructuum fertilitate gaudere, qui sulcum uomeris recto cursu firmandi retro sui uultus auersione confundens praeteriti laboris ordinem dissiparit.
- 7 Rubus, innocuis quondam ignibus inuolutus, non ardens

1 populis *H* <sup>potu</sup> suberam (potu *a m. 2*) *P*, p. uberorta *H fort.* ubera  
uber orta 3 *VBI ISAAC IMMOLAT' R*, *om. H* obtulit deo *Hv*  
optulit *P<sup>2</sup>R* 4 promisso *Par.* et] at *fort.* 5 in holo-  
caustum *v* 7 et] *fort.* at 8 sibi] *s a m. 2 P* parceret]  
filium non feriret *Hv* hañc *P* parte *Hv* 9 quod] ut  
*Hv* 10 agnum *H* offeret *P*, offeret *H corr. m. 2* uictima  
*R*, ad uitã *H* 11 *DE VXORE LOTH IN STATVAM MUTATA SALIS R*,  
*DE VXORE LOTH IN SALIS STATVã VSA Hv* fugebat (*i a m. 2*) *R*  
incaute *H* 12 quae *v* 13 statua *libri sed cf. Carm. v. 122*  
poenam *H* 14 contenta *P* 15 cupitate *R corr. m. 2* io-  
cundae *PRH* 16 illae *H*; uocalium *c, ae, e, æ* permutationes in  
*his codicibus non infrequentes nisi ubi momenti esse uidetur non no-*  
*tabo* fructum *H corr. m. 2* 17 formandi *Arev.* retro sui  
*scripsi*, retro si *P<sup>1</sup>RH*, retrorsi *P<sup>2</sup>v*, retrorsum *coni. Arev.*  
18 dissipar& *R* 19 *DE IGNE RVBI R*, *DE IGNE ARDENTIS RVBI DIVI-*  
*NITVS OSTENSO MOISI Hv*

uidebatur ardere, cuius materies nec incendiis alimenta prae-  
 stabat nec circumfusi calor igne correpta detrimentis exusti  
 roboris subiacebat. ita diuini fomitis temperabatur adtactus,  
 ut blandiente ramis aestuantibus flamma splendor in frondibus  
 5 cerneretur esse non poena.

Mitis uirgae natura tractabilis in inmitem et intractabilem 8  
 mutata est draconem: quae uipereos motus tam sinuoso flexa  
 uolumine quam trisulcas uibrando linguas exercens, geminos  
 inimicae fraudis angues absorbit atque propriam uirgulti  
 10 speciem rigida rursus mutatione suscepit.

Per media marinis fluctibus profunda latentia reuolutis in 9  
 geminum latus undis et aequorea diuinitus aedificatione sus-  
 pensis pedestris turba transiuit. stetit undique pontus ut murus  
 et cognati gurgitis spoliata uelamine tellus permansit nuda,  
 15 donec populus pelago gradiens absente per pelagus uestigiis  
 hospitam peregrinis aquosae uiam carperet siccitatis. mutauit  
 natura semitam iussa paululum relaxare constantiam, et  
 innumera lubrici salis campos multitudo transgressa rude  
 baptismatis mysterium nesciendo cernebat, quae per aquarum  
 20 freta salubria duce Christo transiuerat. ita denique propheta  
 cecinit illa significans: uox Domini super aquas multas.  
 uocem igitur uerbum dici quis dubitat? uerbum patris autem

21 cf. Psalm. 28, 3

2 circumfulsi *RH*      3 at tactus *RHv*      4 ramos<sup>i</sup> *H*      flam-  
 ma\* (s *eras*.) *P*, flammas *R*, flamina *Par.*      frontibus<sup>i</sup> *H*      6 DE  
 VIRGA MOYSI IN SERPENTĒ VERSA *R*, DE VIRGA IN DRACONEM VERSA  
 ATQ: IN SE REVERSA *H*, de uirga eiusdem moysi in draconem uersa  
 atque in se reuersa *v*      inmitem *H*, immitem *PR*      7 in dra-  
 conem *H*      que *P*, quē *R*, qua *Hv*      sinuo<sup>so</sup> *P*      flex\* uolu-  
 min\* *H*, flexu uolumina *v*      10 spetiem *P corr. m. 2*      motatione  
*H*      11 DE DIVISIONE MARIS *R*, DE SICCATO MARI POPVLO ISRAHEL  
*H*, de siccatione maris populo Israel *v*      12 ge<sup>ni</sup>nū *P corr. m. 2*,  
 ingeni<sup>n</sup>um *H corr. m. 2*      lati *H*      aedificatone *H corr. m. 1*  
 14 unda<sup>na</sup> *P*, nudo *H*      15 absente *H*      pelagos *H*      17 na-  
 turam<sup>a</sup> *H*      18 salis] is *ex os P*      19 misterio *H*      22 \*er\*ebat *H*,  
 gerebat *v*      patris *om. v*      autem patris *R*

Christum esse quis abneget? qui ueteris ac noui conditor testamenti inmensum primae legis abyssum suo patefecit aduentu, quatenus recentiore doctrina tamquam remotis undarum molibus intimis ac profundis sequens aetas nil periculi formidans per callem planae libertatis incederet iam <sup>5</sup>   
 secura.

**10** Quid eiusdem plebis cateruas innumeras in desertis terrarum spatiis et totius uictus sterilitate damnatis cibos angelicos panemque caelestis gratiae referam consecutas, ubi nectareus aetheriae maiestatis nimbus inrorans populo dapes ex pluuiis <sup>10</sup>   
 et copiosas ex imbribus escas effudit.

**11** Per squalentia rursus uiolentis arua feruoribus sitiens aestuabat exercitus, qua familiari semper ardore negatis fontibus iacens terra languebat, qua spem bibendi pariter ac uiuendi deficiens aquarum natura subduxerat: cum stupentis saxi uis- <sup>15</sup>   
 ceribus torpor inclusus spumantem subito fluctuanti caute redundauit in laticem siccaeque ieiuni marmoris uenae potum cunctis uomere multiplicem. his tribus ergo rebus iam magna sui nuntians sacramenta mysterii Christus erat in pelago, Christus in pane, Christus in saxo. 20

**12** Asella, uile pecus et stolidum, angelicae potestatis uisione

2 inmensam *H*, immensam *Gall. Arev.* abyssum *P* 3 re-  
 censiore *H* 4 mollibus *H* periculi *v* 5 plane *H*, plane  
*corr. m. 2* 7 DE MANNA QVOD SIGNIFICABAT XPM *R*, DE MANNA  
 CELESTIS PLEBI DATA QVE SIGNIFICABAT XPM *H*, de manna caelitus  
 eidem plebi data *v* 8 uictos *H* angelicos] *s. l. m. 2 H*  
 9 panemquae *P* caelis *H*<sup>1</sup> caelestis *corr. m. 2* 10 aethereae  
*v* inrotans (*r a m. 2*) *P* 11 effudit *v*, effundi *P*, infudit *R*,  
 infundit *H* 12 DE AQVA QVAE ET IPSA XPI GEREBAT FIGVRAM  
*R*, DE PRODVCTIONE AQVAE DE PETRA *Hv* auruca (*u exp.*  
*m. 2*) *H* scitiens *P* 13 qua] qui *H* ardor\* *H* 14 qua]  
 quam *H* bibendo *H* 15 stupentes *P* 17 sic\*teq; (*a*  
*eras., c a m. 2*) *P* 18 uomere *H* iam rebus *RH* 21 DE  
 ASINA BALAAM QVE HVMANE LOCUTA EST *R*, DE LOCVTIONE ASELLAE  
*H* (Balaam) *v* in *H* capitula 12 et 13 ordine inuerso se excipi-  
 unt ac stolidum *v*

perterrita sessorem uerbis adloquitur, et rudentis linguae clamor inconditus humanae uocis affatibus explicatur.

Sol in medio caeli cacumine rapidos anhelantis flammae **13**  
 cursus infrenans contra Gabaon per insolitas diei moras dilato  
 uespere lucem fixus adstrinxit, nec luna suis legibus mota  
 5 pigrae stationis limen excedens ordinem consueti gressus  
 exercuit, donec gladius uictoris exercitus hostilem funditus  
 amputaret caelestis auxilii coniuratione uirtutem. famulantia  
 denique uidebant ipsa iam sidera per similis uocabuli sacra-  
 10 mentum Iesum Dominum nomine praecedente uenturum.

Heliam praeter naturae dispositum corui diurnis epulis **14**  
 transegerunt, alesque uoracis rostri rapacitati subiectus, qui  
 facilem praedam cauo gutturi subministrat, ieiunis morsibus  
 escam deferebat inlaesam. nunc Heliae bonus ac fidus, qui  
 15 Noe quondam malus ac perfidus in terris abluit culpam in  
 aquarum inundatione contractam. at ille Deo plenus existens,  
 postquam miracula terris plura monstrauit suaque dignum  
 successione per spiritum uelut hereditaria largitate propriae  
 uirtutis munus transtulit in amicum, flammis raptus equis  
 20 et curribus per illos clarae serenitatis excessus, qua leuior  
 puri tramitis uia nullos in aethereo campo feruentis rotae  
 sulcos orbita demergente conseruat, dexteriora maioris spatii

1 affectibus *H*      3 ORANTE IHV SOL STETIT AD GABAON *R*, DE  
 STATIONE SOLIS SVB IESVNAVE *Hv*      anelantis *H*      4 die<sup>i</sup> moras  
*P*      5 asstrinxit *R*, a\*strinxit *H*      7 uictoris e exercitum *H*,  
 exercitum *v*      8 amputauit<sup>ra</sup> *P*      uirtutē *R*, uirtute *H*, uirtuti *v*  
 11 DE HELIA ET CORVO *R*, DE HELIA CORVIS MINISTRANTIBVS *H* pacto  
 atque igneo curru in caelum recto addit *v*      Heliā *R*, Helian *P*, Hae-  
 lian *H*      12 uoracis] *In u. c. erat scriptum feracis rostri, sed postea a*  
*librario primae duae litterae dictionis feracis duobus punctis subnotatae*  
*et desuper apposita syllaba uo, ex quo effeci uoracis, quae lectio huic*  
*loco apte conuenit Iur.*      rapacitatis *R*      14 inlesam *PRH*  
 non cēliae *P* corr. *m. 2*      15 Noe] *in ras. R<sup>1</sup>*      16 deo *om. v*  
 18 succes\*sione *H*      hereditariam largitatem *v*      19 raptum<sup>u</sup> *H*  
 corr. *m. 2*      20 clare *PH<sup>1</sup>*      21 nullus *H*      22 demerte<sup>gen</sup> *P*  
 dexteriora\* *H*

sic petiuit, ut triumphi caelestis axe resplendens humani limitis metam longa fretus uiuacitate contemneret. quam bene uocabulo pariter conuenienter ac merito Heliae claritati uel nomine fulgentis semitae maiestas arrisit! cui si Graio sermone queat una per accentum littera commutari, sol specialiter uideatur expromi.

- 15 Ezechiae, regi iustissimo, in extremis uitae terminis constituto quindecim Dominus sua pietate uel iure annos addidit ad salutem mortisque claudens patefacta iam limina uitam in occasu languentem ad ortus reuocauit originem. 10
- 16 Ionas in marinos fluctus anxiae puppis trepidatione iactatus uterique sorbentis ceti reconditus, non sensit aquas in pelago constitutus, uitale scilicet sepulchrum ne moreretur ingressus, tutusque mitissima sub uoraci uentre custodia depositum dei uidebatur esse non praeda, hostilique salubrius protectione 15 seruatus uenit ad terram uomitu, non carina. cui facto diuersitate contrario nauta feritatem praebuit, fera nauigium ministrauit.
- 17 Cum inspirante caelitus Deo trium puerorum una cordis intentio Babylonia sacra contemneret pariter ac negaret 20

1 spatii sic *P*      <sup>axe</sup> exhe (axe a m. 2) *P*, axae *R*      3 hac *H*  
 helie *H*<sup>1</sup>, heliē *H*<sup>2</sup>      4 semite *H*<sup>1</sup> corr. m. 2      nomini *PHv*  
 graio *R*, greco *PHv*      5 quae ad *P*, q̃at *H* ~ a m. 2      6 ex-  
 \*promi (i s. l. eras. uid.) *P*      exprimi uideatur *v*      7 DE EZECHIA  
 REGE CUI ADAVCTI SVNT XV ANNI VITAE *R*, DE QVINDECIM ANNOS EZE-  
 CHIAE ADDITIS *H*, de quindecim annis ad uitam regi desperato additis  
 Ezechiae *v*      8 piāetate *H* ut saepe      9 sa\*lutem (u eras.) *H*  
 10 occasum *P*      languentem *H*      11 DE IONA IN VENTRE CAETI *R*,  
 DE IONA CETO VORANTE SERVATO *Hv*      fluctos *H*      anxie *H*<sup>1</sup> corr.  
 m. 2      12 sorbenti *R* sed cf. Carm. v. 192      coeti *PRH*  
 14 post depositum rasura 2 litt. in *H*      dei] s. l. *P* (m. 1?)  
 15 °stilique *H* corr. m. 2      16 uomitu\* (m eras.) *H*      17 \*eri-  
 tatem *H*, ueritatem *I*      19 DE TRIBVS PVERIS IN CAMINO *R*, DE  
 TRIBVS PVERIS ET PERSECVTORE EOR̄ IN PECVDEM VERSO *H*, de tribus  
 pueris in camino flamma saeuiente non tactis et persecutore eorum in  
 pecudem uerso *v*      inspirante *P*, sins pirante *H*, spirante *Rv*  
 20 babylonia *R*      pariter] penitus *v*

durumque mortis exitium tyrannicae legis atrocitate susci-  
peret, cuius rabies Achaemenii furoris igne succensa torren-  
tem fornacis propriae superabat ardorem, rogos uincti trudun-  
tur in medios pyra iuuenes non audente contingere, qui tan-  
5 tum corde feruentes uicerunt imagineum poena deficiente  
supplicium. o quanta est credentibus salus et gloria! flammis  
fidei plus calentis restincta torpuit uis camini.

Auctor igitur tam nefandi iudicii dignum facti supplicium 18  
non euasit. nam quia uecordi raptus insania humanae pietatis  
10 iura dispexerat, ferino uixit ritu per siluas et consortia pecu-  
dum sectatus agrestia aulici deliciosa conuiuui, pastus faeno,  
potatus fluuio permutauit, quem sub huius deformitatis aspectu  
hirsutum siluis et montibus septem uiderunt tempora per-  
uagatum.

15 Nec minus Darii postmodum regnatoris dum praeteritam 19  
furor imitatur insaniam, Danihel, Hebraeorum decus amplissi-  
mum, cum feris ieiunio stimulis includitur et simplicis  
animae corpus innoxium saeuus uorandum morsibus deputatur.  
belua tamen facta mitis et placida, ne sanctos artus insano  
20 dente laceraret esuriens, coepit amare iam famem; uultusque

1 exitium *R*, exitum *H*      2 achamoenii *P*, achemenii *RH*  
3 rogoi cuncti *PR*      4 in medios *PR*, in medio\* *H*      rogo uincti (*H*)  
traduntur in medio *v*, rogos uincti traduntur in medios *scripsi* (*cf. Dan.*  
3, 21)      pira *PR*      5 imaginum *P*      deficientes *P*, def\*\*\*ente  
*H*      imaginem poena deferente (deferente *Par.*) supplicium *v*  
6 quantē <sup>a</sup> *H corr. m. 2*      7 caelestis <sup>plus calentis</sup> restincta (*restina m. 1*) tor-  
puit *P* pl. calentis *a m. 2*      ca\*entis *H*      salus, cum gloria flam-  
mis fidei plus candentes (*uel cadentes*), restincta *etc. v*      8 DE  
NABVCHODONOSOR *R*, DE NABVCHODONOSOR REGEM IN BOUEM CONVERSO  
*H* (*post rasuram*) *v*      factis *Hv*      9 qui *v*      10 pecodum *R*  
11 agrestia ministri regis aulici *R* (*in quibus glossema inesse uidetur*)  
deliciose *H*      pasti *H*      foeno *libri*      15 DE DANIELE IN LACV  
LEONVM *R*, DE DANIELO A FAMELICIS LEONIBVS CVSTODITO *Hv*  
16 furori mutatur *P*<sup>1</sup>      imitat' *R*, imitatus *H*      daniel *H*  
hebreorum *PH*, ebreorum *R*      amplissimā <sup>u</sup> *P*      17 stumulatis  
*H*      includetur *H*      18 saeuus *I(?) v*      19 platida *H*  
sancto astis *H*      20 famen *P*

terribiles rabies mollita submittens atque in saeuis faucibus  
ira blandior conquiescens genuinae feritatis inmemores praedam  
seruare docuit tunc leones.

- 20** Dic ubi post talia tuae sunt leges, pertinax o natura, qui  
totiens tibi iura subtrahit? qui translatum nescire uirum <sup>5</sup>  
iussit infernum, sterili maritae fecundam praestitit senectute-  
tem, ad aram sponte uenire compulit pecudem, muliebrem  
effigiem in salis simulacra conuertit, ramos incendiis aestuantes  
non ardere monstrauit, uirgultum soluit in colubrum, per  
marinos fluctus pedestres patefecit incessus, pluentibus nimbis <sup>10</sup>  
nectareum manna diffudit, ex arenis saxi uisceribus undas  
eiecit, ora mutae quadrupedis humana effari uerba permisit,  
elementa defixis cursibus longa statione suspendit, uolucrum  
ministeriis hominem pauit et in caelum corusci equitatus axe  
perduxit, morienti iam regi tria uitae lustra donauit, feri <sup>15</sup>  
praedonis in utero portum dedit esse naufragio, rore sidereo  
puerorum membra proluit in camino, regem uagum dumosa  
per pascua feris ac pecoribus fecit esse conuiuam, leones  
praedae parcere et rapinam docuit non amare? nempe rerum  
omnium conditori, cuius cuncta, seu nota, siue latentia uerbi <sup>20</sup>  
constant machinis fabricata sui operis subiacent fundamenta,  
et sequitur iubentis imperium creatura quaecumque nutu tra-  
xerit diuina sententia.

1 terribilis *H Par. Arev.* submittens *P*, submittans *R*  
2 iura *P* 4 VBI RECAPITVLAT SVPERIORES VIRTVTES *R*, MIRACV-  
LORVM RECAPITVLATIO *H* (praedictorum *add. v*) qui\* (s *eras.*)  
*P* 5 toties <sup>n</sup> *P* quis toties — quis translatum *v* 6 steril\*\*  
ma\*\*\* *H* matri *v* 7 compulit uenire *v* 8 effigi\*em *H* u  
*eras.* simulacra *PR cf. v. 225*, simulacrum *Hv* incendii *P*  
9 colubrem *H em corr. m. 2 ex im* 10 nimb\*is *H* 12 ore <sup>a</sup> *P*  
ore *fort. recte* muna<sup>t</sup>e *P* humana] a<sub>2</sub> *ex e P* fari *RHv*  
14 chorusci *R* aequitatis <sup>v axo</sup> f ep duxit *P* axae *R* 15 mori-  
ente — rege *R* tria \*\*\* (uite *eras.*) *H*, uitae *om. v* 16 nau-  
fragio *P*, naufrag\*o (i *eras.*) *H*, naufrago *R cf. Carm.* 18 leonis  
*R* 19 prede *H<sup>1</sup> corr. m. 2* nampe *H<sup>1</sup>* 20 conditori\* *H*  
creatori omnium *v* seu latentia *v* 22 quocumq; *P*, quocumque  
*Par. Gall.* nutu traxerit *PR*, n. retraxerit *H*, naturae traxerit  
*v* 23 diuine *H<sup>1</sup> e corr. m. 2*, diuinae *v*

Heu miseri, qui uanis cultibus inclinati stultum sinistri **21**  
 cordis officium sculptis a se simulacris inpendunt factoremque  
 proprium relinquentes suae manus uenerantur effigies! quis  
 furor est? quae tanta mentes ludit insania, ut turpem uolu-  
 5 crem, obscenissimam bouem, tortum draconem et semihominem  
 canem homo integer membris adoret?

Solem nonnulli nebulosis mentibus obcaecati rerum geni- **22**  
 torem illa uolunt opinione censeri, quia terrarum tractus et  
 spatia clarae serenitatis luce perfundens caeli plagas ac sidera  
 10 flammigera lustrare uelocitate non cessat: cum ab ipsa potius  
 instabili mobilitate, quam rapidis discursibus uagus ignis  
 exercet, officium constet esse, non deum, quique certae dispen-  
 sationis ordine custodito nunc oritur, nunc ad occasum horis  
 uergentibus inclinatus uices cum nocte partitur. nec ubique  
 15 semper est constitutus, quique nulla nascentis uidit mundi  
 primordia, nisi peracto sine sole die iam gemino prouidus  
 eum genitor a tertiae lucis instituisset radiare principio.

Sic etiam lunae superuacua plerique uota dependunt, quam **23**  
 crescere semper ac minui praefinitis mensium temporibus  
 20 intuentur.

1 DE IDOLATRIA *R*, DEFLET ELIMENTORVM IDOLORVMQ: CVLTORES  
*Hv* inclinatis *RH* 2 cultis (*corr. m. 2*) *P* 3 qui furor  
*v* 4 menti\* *H*, menti *Col.*, mentis *Par. Gall.* 5 obscenissi-  
 mum *v* tortũ\* (~ *a m. 2*) *H* 7 DE HIS QVI SOLEM VENERANTVR  
*RH* (*in scriptura continua*), *om. v* et solem *v* nonnulli *P*  
*n a m. 2* 8 opineone (-ni- *corr. m. 2*) *P* 9 desidera *H*  
 10 flammigera *P* gera *a m. 2* non—mobilitate *s. l. a m. 2* *P*  
 ipsa (*a ex i corr. m. 2*) *H* 11 rapidis (*is ex us corr.*) *H*, rapidis  
 (*p ex b corr. m. 2*) *P* 12 esse quam Dominum *Iv* quippe *Par.*  
*Arev.* certo *Hv fort. recte cf. v. 253* 13 ocasus (*c s. l. a*  
*m. 2*) *H* oris *R* 14 inclinatur *H* 15 constitutos *H*  
*corr. m. 2* 17 eum genitor *RHP<sup>2</sup>* (*genitus a m. 1*), eum conditor  
*v* 18 DE HIS QVI LVNAE VOTA FERVNT *R*, *om. Hv* 19 praefi-  
 nitis (*corr. ex -tus*) *H* m\*en\*sũ\* *H* (~ *a m. 2*) 20 intuentur  
*H*

- 24 Sic stellis quoque litare non desinunt, quae depulsae noctis  
abscessu matutinae lucis uultibus effugantur.
- 25 Hic aquarum cultor est, ille flammaram, sed species sibi  
natura contrarias non audent uicinas efficere, ne proprio  
discordia aut ignis ardentior latices debiliores exsiccet aut 5  
impar undis ingentibus rogos subito moriatur extinctus.
- 26 Alius arboreis radicibus aras instituens, dapes adponens  
ramos ac robora flebiliter orare non cessat ut natos, domum,  
rura, coniugium, famulos censumque custodiant. lignee, ligna  
quid obsecras? surdis operam disperdis exclamans, a mutis 10  
responsa nihil auditurus expectas, quae domorum constantiam  
illa tantum ratione sustentant, si securibus amputata pen-  
dencia culminum tecta suffulciant, aut focus adhibita sumendis  
dapibus famulentur accensa.
- 27 Nonnulli dementius holerum ueneratores existunt et in 15  
hortis numina rigantes arentia transplantatorum se deorum  
edocent ueros esse cultores. sed plura de talibus referre iam  
pudet, ne sanctae religionis in pagina dum numerosos stulti-

1 DE HIS QVI STELLIS LITANT *R*, *om.* *Hv* sacrificare litare  
*R* 2 abscessū *P*, abscessu\* (*m* *eras.*) *H* matutine *H*<sup>1</sup>

3 DE HIS QVI AQVĀ COLVNT ET IGNEM *R*, *om.* *Hv* cultores stelle  
*P* <sup>flammarum</sup> famularum *P* *s. l. m.* 2 <sup>sed</sup> despeticiae (*sed a m. 2*) *P*, sed  
speties *m. 2 in mg.* 4 natura\* (*s* *eras.*) *R*, natura (*corr. ex -is*)  
*H* audet *R* inimicas *v* prop\*iore (*r* *eras.*) *R*, proprie *H*  
*cf. Neue Forml. II 114* 6 inpar *H*<sup>1</sup> inparendis (*u a m. 2*) *P*  
rogos *H* 7 DE CVLTORIBVS LVCORVM *R*, *om.* *Hv* arbore *P*  
adponens (*p a m. 2*) *H* 8 domos *v* 9 lign\*ee (*a* *eras.*) *R*  
ligna quod *Col. Par.* 10 obssecras *H* <sup>dependis</sup> disperdis *P* dependis *a*  
*m. 2*, depe\*dis *H*, dependis *v* 11 auditur<sup>u</sup>is *H* *corr. m. 2*

12 racione *H* <sup>v</sup> pendencia (*ū a m. 2*) *P* 13 culminum *P*<sup>1</sup> -na *corr.*  
*m. 2* tecti *H* culmina tecti *v* subfulciant *H* 15 DE CVL-  
TORIBVS HORTORVM *R*, *om.* *Hv* 16 <sup>h</sup>ortis *R*, ortis *H* riga\*ntes  
*H* tranplantatorum *H* sed eorum *H* 17 uero <sup>s</sup> *ēē* (*s a*  
*m. 2*) *P* iam referre *v* 18 ne] <sup>scaō</sup> cessitatem *P a m. 2*  
in sanctae — *p.* *Hv* religioni\*\*s *H*

tiae castigamus errores, aut lilia nimio decore molissima rubus  
 asper exurat aut per uiolaria florentis campi purpurea carduus  
 et spinosis armatus aculeis paliurus exurgat. igitur increpando  
 iam satis est quod humanis erroribus coli monstra derisimus  
 5 uel potius tales actus miserando defleuimus. nunc per incepti  
 iuuat ire tramitis institutum montemque sublimem firmo  
 gradu conscendere atque ad urbem, nostrae libertatis auctorem,  
 totarum uirium studio peruenire. ipsa denique tranquillae  
 pacis est domus, ipsa tutum salutis habitaculum, ipsa per-  
 10 petuum libertatis hospitium. si enim de terrena mortalis regni  
 ciuitate et a mortali fabricatore fundata poeta saecularium ita  
 cecinit litterarum:

Et quae tanta fuit Romam tibi causa uidendi?

Libertas...

15 quanto magis caelestium in ciuitate regnorum, quam Deus  
 Dominus instituit fabricator, iura perpetuae libertatis esse  
 credamus, de qua uates ait talium canticorum: aedificans  
 Hierusalem Dominus, et in sequenti nihilominus psalmo  
 similiter explanauit: lauda, Hierusalem, Dominum,  
 20 lauda Deum tuum, Sion, quoniam confortauit seras

11 Verg. Ecl. I 26

17 cf. Psalm. 147, 12 s.

1 lia (li a m. 2) P	2 flor <sup>ent</sup> is (ent a m. 2) P	cardus P
4 quod] qui v	derissimus P	5 nunc] Exhortatur semet ipsum
inscribit v	6 iuuati re P	ir <sup>e</sup> (a eras.) H institutu* R
mentem <sup>ti</sup> sub (o, q; a m. 2) P	sublimen PH	fimo R 7 ad
ex at H <sup>2</sup>	8 dirium (v a m. 2) P	traquillae (n a m. 2) P
9 domus est pacis Hv	totum PR, totum H	habitaculum (~
eras.) R	10 liberatis** P, libertas <sup>ti</sup> (ti a m. 2) H	*o*p*ium H,
obsequium v	terrenana H	mortalis habitaculi v regn* R
11 fundata (e a m. 2) P, fundatę R	poeta om. H <sup>1</sup> , poetę in marg.	
add. m. 2	13 uidendi libertas R	uiuendi (d a m. 2) P 15 dñs
dñs (d <sub>2</sub> corr.) P	deus om. H	17 credemus v uatis R <sup>1</sup>
H	aitaliorum P	spiritualium v 18 nihilominus H

portarum tuarum. benedixit filios tuos in te, qui posuit fines tuos pacem, et cetera. audiamus ipsum quoque rerum omnium conditorem in euangeliiis suis, sacrosancto sermone cuius esse memorarit hanc urbem: dico, 5 inquit, uobis non iurare omnino neque per caelum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius, neque per Hierusalem, quia ciuitas magni regis est. tamquam si diceret mea, quod apertius dissimulauit exprimere ut humilitate sermonis culmen suae panderet maiestatis. ita enim cum doceret, am- 10 monuit dicens: tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde. hic est ubi regia fuluis aula tholis inradiat, ubi petens accipit, quaerens inuenit, pulsanti mox panditur.

28 Hic ille pretiosus est lapis, qui ab aedificantibus reprobatus 15 in anguli nitet capite constitutus: cuius onus nimis leue sentitur, cuius iugum suaue plurimum conprobatur.

Igitur per digesta quaedam ueteris testamenti miracula retulimus, quatenam Pater Filii consortio sanctoque Spiritu secum gesserit constituto. per digesta similiter quaedam noui 20 testamenti miracula referemus, quatenam Filius Paterno consortio sanctoque Spiritu secum gesserit constituto, ut deitatis una potentia inseparabili semper uirtute conspicua et sim-

4 cf. Matth. 5, 34 s.

11 Matth. 11, 29

1 filios tuos (i, i a m. 2) P, filios tuos Hv, filiis tuis R 3 fort. euangelii sui sacrosancto sermone 4 dico autem v 5 inquit P, inquit (corr. m. 2) H 6 tronus H 7 hierusalem P, iherusolymam H, hierusolimã R 8 sdiceret P 9 qui apertius v (quia fort. in I fuerat) 10 com P ammonuit PRH 13 stolis H petens] potens II 14 aperitur H 15 DE LAPIDE ANGVLARI QVI EST XPS R, om. Hv heic Gall. pciosus R<sup>1</sup> est] enim v 17 comprobatur] Trinitatem adstruit aduersus Arrium et Sabellium v 19 quenamq; P 21 referimus P, referamus H 23 inseparabilis P

plici maiestate sit triplex, et triplici persona sit simplex. haec est fides uera et firma credulitas.

Hanc salutem infelix Arrius habere contempsit, qui per **29**  
 deuos curui callis anfractus dum rectum nititur iter auertere,  
 5 tetram dilapsus in foueam caligantis tartari secutus est tene-  
 brosa, tam sensu uacuus et inanis quam tempore iusti sup-  
 plicii uentre quoque uacuus fuis nisceribus exspirauit. demens,  
 qui paternae diuinitatis iura, nullius exemplo similitudinis co-  
 aequanda, caducis putauit gradibus comparari! inter homines  
 10 namque carnali lege nascentes filius minor est patre, quoniam  
 pater ipse qui filium nunc praecedit paulo ante filius fuit, et  
 qui filius esse nunc cernitur, eum patrem fieri posse non  
 habetur ambiguum. sic per omnem nepotum seriem noua proles  
 excurrit et auorum atauī senio numerantur ingenti. Dominus,  
 15 autem, qui uerbum, uirtus, sapientia et totum commune  
 Patris est Christus, de lumine lumen exortum, de solo solus  
 est natus, qui nec Patre minor in aliquo, nec est quo crescat,  
 rebus uniuersis excelsior, quippe qui genitus, non creatus,  
 nomen habet pro summitate Principium: ita enim secun-  
 20 dum Iohannem Iudaeis requirentibus sese dixit esse principium.  
 quid est ergo principium nisi cacumen excelsum, supra quod

1 persona maiestate *R* post triplici spatium 7 litt. in *H*  
 triplici maiestate *v* 2 uera fides *RHv* 3 DE ARRIO ET SABELLIO  
*R*, om. *Hv* 4 cor\*ui\* calles *H* regnum *P* 5 secutus ē  
 tenebrosa *P* (cf. v. 302), tartari ē tenebrosam (uiam a m. 2) *R*, t.  
 s. est tenebrosam *H* 6 &\*inanis *R* 7 quā<sup>oq</sup> (oq; a m. 2) *P*  
 quoequanda *P* 9 comparaū\* (~ a m. 2) *H*, computari *v*  
 10 nascentis *R*, nascentis *H* 11 patre ipse *P* qui om. *H*  
 12 filius ē\* *H* patre fieri poss\* *H* et qui filius esse nunc cer-  
 nitur, compater *Col. Gall.*, et qui filius est, nunc cernitur, cum pater  
*Par. Arev.* 13 prolis *P* 14 aptauī (t a m. 2) *P*, attauī *H*  
 seninumerantur *H*, serie numerantur *coni. Arev.* ingente *H*  
 15 autem] om. *Hv* qui uerbum iterauit *P* 16 lumen/// *H*  
 17 alico (aliquo *corr.* 2) *H* 20 Iohannem (o in ras.) *H* Iudeis *R*,  
 Iudeis *PH* dixisse *P*, dixisse (esse *corr.* m. 2) *R*, dixit esse *Hv*  
 21 qui est *P* q. e. principium est *v*

nihil penitus reperitur, semper in Patre permanens, quia semper in ipso permanet Pater, rerumque omnium caput unus indiuiduae maiestatis est Deus, non quod Filius hic credatur esse qui Pater est, sed quia Filius hoc credatur esse quod Pater est, sicut per euangelicam locutus est ipse doctrinam <sup>5</sup> dicens: ego in Patre et Pater in me. deinde consequenter adiecit: ego et Pater unum sumus. Arrius unum dici audiat, Sabellius sumus dici cognoscat; alter a trinitate refugiens, alter ab unitate dissentiens: ambo pares errore licet diuersa sectantes. qualiter gentilium dogmatum suis obuiare <sup>10</sup> dictis inuicem conantur auctores, qui brachia nudis humeris proferentes exerta, nihil docendo tradere sed tantum parati sunt longa disputatione certare, quorum prudentia iacet stulta, quia uana est coram Deo mundanae sapientiae fragilis disciplina. hic plus loquitur, ille plus tacet; hic ambulando dis- <sup>15</sup> putat, ille stando pronuntiat; alius semper inlacrimat, alius inridere non cessat: diuersis igitur modis par uesania uidetur in cunctis.

**30** Interea dum uiatrici laboris sarcinam sermonibus alleuamus spesque simul ac fides in ardua meum comitantur incessum, <sup>20</sup> blandius ad arcis summae fastigium deposita difficultate peruenimus. ecce sacrata crucis uexilla iam radiant, ecce magni regis castra piissima coruscum lumen ostentant flatuque sidereo

6 cf. Ioh. 10, 38

7 ibid. 30

1 repetit̃ *P*, repetit̃<sup>r</sup> *R*, reper\*itur *H*      qui\* *H*      qui in ipso  
semper manet *v*      3 quia filius *v*      4 qui filius *H*      5 ipse lo-  
cutus e. *v*      8 audeat *P*      su\*mus *H*      9 hunitate *P*      10 senti-  
entes *Par. Gall. Arev.*      obuia redictis *P*      12 exerta *PRH*  
13 testare *P*      \*stulta (*ante s, c uel o eras.*) *R*, inguita (*c, l a m. 2*)  
*P*, inculta *Hv*, insulsa *coni. Hartel*      14 Domino *v*      mundane (-ne  
*corr. m. 2*) *H*      15 hi\*c p. *H*      17 ridere *Rv*, ri\*dere *H*      19 DE  
SIGNO SACRAE CRVCIS *R*, Signo crucis armatus se in albo beati ordinis  
poscit adscribi *v, om. H*      sarcini *H m. 1, corr. in a m. 2*      20 qu\*e  
(*a eras.*) *R*      21 summae] mae *a m. 2 H*      difficultate (*f a m. 2*)  
*R*      22 sacrae *v*      lucis *P*      23 ostendunt *Hv*      chorseum  
*PH*      siderici *H*

tuba Dominicae stationis exclamat, militibus suae portae patet  
 accessus: qui militat ingrediatur intrepidus. ianua uos aeter-  
 nitatis inuitat, quae ianua Christus, scilicet uox paterna.  
 aurea perennis uitae remuneratione gaudebitis qui caelestia  
 5 Domini uiriliter arma tractatis et in fronte decus affixum,  
 fidelis signi sacramenta monstratis. en ego decus et arma  
 caelestia tuae militiae pars minima, bone rex, baiulo conse-  
 crata. hic proprias me sedes accipere, huius urbis in moenibus  
 exigua dignum habitatione concede, tuus semper ut incola  
 10 tuusque uernaculus paruo sanctae mausionis in angulo consti-  
 tutus inter beati ordinis ciues albo uitalis paginae postremus  
 merear municipalis adscribi. grandia quidem postulo, sed tibi  
 grandia dare subpeditat magnitudo, quem ille magis offendit,  
 qui spem dubiam de tanta pietate conceperit.  
 15 Christe uotis annue, uotis arride qui morientem mundum **31**  
 uiuificare festinans caelitus petisti terrena, humanam sumere  
 dignatus effigiem, aliena quidem suscipiens sed propria non  
 relinquens. hoc Matthaeus adortus inprimis hominem genera-

1 dō dominicae P      dñi certationis H      2 uos] *in ras. a m. 2*  
 H      4 re<sup>m</sup>uneratione (*m a m. 2*) P      quia v      5 fixum H  
 6 sacramenta<sup>o</sup> R, sacramenta PHv, fort. sacramentum      e:go (r?  
*eras.*) R      8 acceperere (*e, corr. in i*) R      9 tuas<sup>v</sup> P      ut]  
*om. v*      10 uernaculis<sup>v</sup>paruo P *corr. m. 2*, uernaculus Hv,  
 uernacula R, *in margine alib* uernaculus; fort. uernula      11 ciuis  
 (*m. 1, corr. m. 2*) R      12 adscribi (*corr. m. 2*) H      muni-  
 cipalis merear P (*mereat a m. 1*)      13 subpeditat PH      14 de  
*om. H*      15 DE MYSTERIO QVATTVOR EVANGELISTARVM R, DE IIII  
 EVANGELISTIS QVOMODO QVATTVOR ANIMALIYM FIGVRIS OSTENDVNT  
 Hv (*ostenduntur*)      aride (*r a m. 2*) P      uotis \*\*\*\*\* ad<sup>n</sup>ue  
 uotis (*corr. m. 2*) H (*in ras. fuit arride*)      annue uotis qui v  
 16 petiisti v (*cf. v. 352 et H. Jordan, krit. Beiträge zur Gesch.*  
*der lat. Sprache p. 266*)      17 dignatus sumere v      dignatus s. l.  
 P<sup>2</sup>      effigiem ex effugiem H      alienā—propriā H      18 Ma-  
 theus P, Mattheus RH      adorsus R

liter expediuit, Marcus ut leo mirabilis per deserta uociferatus infremuit, Lucas sacerdotali religionis exordio sumpsit similitudinem de iuueno, Iohannes aquilae uolantis impetu caelum uerbi maiestate penetrauit. quattuor isti proceres ac praecones una te uoce canentes ceu tempora totidem per latissimam totius orbis spatiantur effigiem. sic apostolici quoque culminis et honoris duodenus apex semper effulgens numeris horas imitatur et menses, ut rebus omnibus congregatis annus tibi militet uniuersus. hinc igitur uetusta memorans antiquae mortis exordia nouam properare delector ad uitam, ut qui fletus seminauimus in Adam laetitiam metamus in Christo et Dauiticam mereamur dicere cantilenam: qui seminant in lacrimis in gaudio metent. euntes ibant et flebant, mittentes semina sua. uenientes autem uenient in exultatione, portantes manipulos suos. 15

## 12 Psalm. 125, 5. 6

1 des<sup>r</sup>eta (corr. m. 2 ex desata) H uociferatur<sup>s</sup> P 2 religionis R, religione H fort. sacerdotalis religionis 5 unate I Gall., unite Par., una te Col. Aren. cantantes Hv (cf. v. 359) 6 orbis RH, urbis P sparguntur Hv 7 et] ras. in H, om. v  
 duodenus semper R a<sup>apex</sup>pex<sup>s</sup> emper H corr. m. 2 refulgens v  
 numeris (in marg. add. m. 2) H 8 congregatus H 9 uniuersis H Igitur hinc Hv 10 exordio P p̄rare P  
 12 dauiticae H semināt<sup>n</sup> (n a m. 2) H 13 libant H  
 14 mittentes P 15 suos] EXPLICIT LIBER PRIMVS P EXPLICIT LIBER PRIMVS. INCIPIVNT CAPITVLA SECVNDI R, om. H, Explicit liber primus cum capitulis ueteris testamenti v

## LIBER SECVNDVS.

Expulerat serpens ille nequissimus de paradisi sede florigera  
 primogenitum dolosis artibus uirum et inlecebris blandi  
 saporis absconditam mortem gustare fecerat mox amaram. nec  
 indignationis diuinae sententiam solus praecepti temerator  
 5 uitae damno susceperat, sed ab ipso ueniens humana progenies  
 longae mortis fuerat condicioni succumbens. heu, coniunx cru-  
 delis et noxia! an ille magis draco perfidus homicida? ille  
 draco perfidus homicida, sed tu coniunx quoque crudelis et noxia.  
 pro dolor! duo tantum fuerant aeterni. postquam crescere  
 10 coepit origo, tunc periit clademque parturiens a semine detri-  
 menta suscepit. quid illa tempestate numerosa dies ac multi-  
 plex, quid felicibus uitae spatiis nongentos proderat annos  
 excedere nepotumque decima senescente progenie sui generis  
 externum sanguinem iam uidere, cum sors humanae condicionis

INCIPIIT LIBER SECVNDVS ET CAPITVLA EIVS *P*, post capitula IN-  
 CIPIT LIBER SECVNDVS *PR*, de expulsionē Adae de paradiso in capi-  
 tulis *R(v)* 1 xpulerat *R* paradisi\* (a eras.) *H* 3 morte  
*H* gustari *Hv* 4 diuene (corr. m. 2) *P* sentiam (ten a  
 m. 2) *P* dampnos<sup>s</sup> caeperat *P* (in marg. susceperat m. 2) seu-  
 tentia *R* 5 dampno *Pv*, damnum *RH* (sed cf. v. 5) ueniens  
 humana ueniens progenies *H* 6 conditione *P* succumbens *P*  
 7 post homicida rasura 4 uocabulorum in *H* Ille—homicida om.  
 v 8 fidelis et *P* 9 et aeterni *H* 10 petiit (m. 1, corr. 2)  
*H* cladesq; *P*, clademq; *H* 11 sunt coepit *P* corr. m. 2  
 12 qui *P* uitae spatiis (corr. m. 2) *H* utte *P* corr. m. 2  
 13 senescentae *H* 14 etnam (x a m. 2) *P* consors *H*  
 sor (s a m. 2) *P*

extrema inreparabilis horae supremis cursibus occupata, licet  
 serum nequaquam tamen declinaret interitum, longamque tem-  
 porum per aetatem uita breuis existens nihil esse diutinum,  
 quod fine clauderetur, ingemeret. nec huic malo remedium  
 2 spes ulla promitteret adfuturum, sed primi terrigenae meritum 5  
 sepulchrale cunctas postremi quoque germinis nationes auida  
 passim fauce sorberet, nisi pius ille rerum creator et con-  
 ditor, cui proprium est ueniam delictis infundere quam poena-  
 liter inminere, fabricam sui operis ab ipso debilem funda-  
 mento firmitus per eundem rursus lapidem dignaretur erigere, 10  
 ne uidelicet imago quae ad similitudinem Dei facta fuerat  
 uiuens dissimilis haberetur ex morte, munusque uenialis indul-  
 gentiae largiretur ac pomis, quae parentes acerba uorauerant,  
 filiorum obstupere dentes arceret donaretque mitissimus ac  
 placatus ut unde mortem peccata contraxerant inde uitam 15  
 pietas renutriret immensa, ac uelut rosa suauis atque mollissima  
 de spinoso cespite nascitur nil laesura matrem, quam gratia  
 iucunditatis obscurat: ita de stirpe nocentis Euae Maria sacro  
 ueniente cum lumine primae uirginis luem sequens uirgo di-

1 inseparabilis *H* ore *P* supremis *RH* (ae), sup̃mis (p̃  
 ex m) *P* 2 seruum *H* inclinaret *P* longuamq; *P*  
 3 existens breuis *v* uita breuis (bre a m. 2) *P* post diutinum  
 rasura 3 litt. in *H* 4 quod om. *H*, qui *v*, quum *Gall.* ne<sup>c</sup> (c a  
 m. 2) *P* 5 DE RESTAURATIONE HVMANI GENERIS PER XPM *R*, om.  
*H* terrigenae *H* 6 sepulcra\*\* (corr. m. 2) *H*, sepulchrale  
*P* 7 sorberet] sequitur inscriptio in *H* pius *H* 8 delictis  
 ueniam *P* quem *P* 9 debilem *Pv*, debili *R*, debilis *H*  
 10 lapidem rursus *Hv* 12 uiuendissimilis *P* indulgentia  
*P* 13 pom\*\* quae p\*\*\*\*s *H*, poma quae patres *v* acerua  
*HI* uorauerunt optere (corr. m. 2) *H* uorauerunt *v* ob-  
 stupere *R*, obstupere *Pv*, obstupescere *coni. Arev.* 15 uita\* (in  
 eras.) pi\*tas enutriret *H* uitae — enutriret *v* 16 immensa *R'*  
 corr. m. 2 ac scripsi, q̄; *P*, Quo *R*, quoq; *H*, et *v* uelud  
*PH* adque *H* mellissima *P* 18 iocunditatis *PRH* (corr.  
 m. 2) sacro cū <sup>ueniente</sup> *R s. l. m. 2* aeuae *H* 19 lucem *PH*

lueret, ut quia prior natura uitii inquinata durae necis fuerat  
condicioni subiecta, nascente Christo per hominem homo quo-  
que possit renasci per Christum, originalis maculae foeditatem  
uetusti corporis innouatione positurus.

5 Haec postquam prophetica saepius uox praedixit et Gabrihel 3  
archangelus Mariae iam praesentia nuntiauit, mox puellae  
credentis in utero fidelis uerbi mansit adspirata conceptio pro-  
lesque siderea nascendi sub lege delituit, quae cuncta suo  
nasci nutu concessit. tumbant uirginis sinus, et fecunditatem  
10 suorum uiscerum corpus mirabatur intactum. grande mundo  
spondebat auxilium feminei partus sine uiro mysterium, quando  
nullius maculae naeuo fuscata tenso nutriebat uentre prae-  
cordia, genitoris genetrix mox futura.

Nonus interea mensis effluxerat et decimi lumen immortale 4  
15 radiabat claruitque fetu uirgineo spiritalis gratiae manifesta  
promissio: et uerbum caro factum est et habitauit in  
nobis, id est, habitauit in homine, cuius se dignatus est  
carne uestire. infans namque paruus ac maximus, membris

16 Ioh. 1, 14

1 ut quae v dure<sup>ne</sup>cis P dure (m. 1, e m. 2) H 2 con-  
dicioni\* (s eras.) R, condicione P subiecit H p\*\* H  
3 possit PH, posset R<sup>2</sup> origenalis H faeditatem H  
4 uetustati v possiturus P 5 VBI SC<sup>ae</sup> MARIAE ANGELVS  
LOQVITVR R, DE CONCEPTV BEATAE MARIAE H, a prophetis sae-  
pius praedicto add. v 6 angelus v praesenti anuntiauit  
H, praesenti annuntiauit v 7 asspirata R, a\*spirata H  
8 dili\*tuit H quia P<sup>1</sup> (quæ corr. m. 2) 9 tumbant  
(corr. m. 2) H feconditatem P 10 uisce<sup>uisceru</sup> P<sup>2</sup> iustorum a m. 1  
fuisse uidetur intactum] DE PARTV BEATAE MARIAE ET ANGELORVM  
IN XPI NATIUITATE DN<sup>m</sup> LAVDANTIVM GRATVLATIONE H 11 sin<sup>o</sup> uiro  
(e a m. 2) P quae v 12 nutriebatur v 13 genetrix P  
14 VBI COMPLETI SVNT DIES EIVS VT PARERET R, VBI COMPLETI SVNT  
DIES EIVS H, De partu beatae Mariae et Angelorum in Christi natiui-  
tate v 15 radi<sup>a</sup>bat H claruit v foetu PR (ex corr., fuit  
fle?) spiritalis (s a m. 2) R 16 et Verbum v 17 idem  
H dignatus (s a m. 2 in ras.) H 18 uestire PR, uestiri  
Hv namque om. v ac] et P

scilicet exiguus, deitate praecelsus, per hospitalis templi sinceram defluens castitatem, non laesit corpus abscedens, quod non laeserat cum uenisset. uere diuinae generationis est hoc secretum: testis uirginis partus ostenditur qui materni pudoris custos ingressus clausis uisceribus et conceptus est et creatus. 5  
 quae nouae lucis illa tunc claritas mundi totius oras impleuit! quae caelo laetitia! quis ille nitor effulsit, cum Christus splendore sidereo, uelut sponsus procedens de thalamo suo, Mariae processit ex utero! cuius ita species diuina uidebatur gratia praenitere, ut Dauiticus ipsum psalmus ita pronuntiet: 10  
 speciosus forma prae filiis hominum diffusa est gratia in labiis tuis, et cetera. bene autem prae filiis hominum speciosum forma definiuit, quia licet humanae susceperit incarnationis effigiem filiumque hominis in euangelica praedicatione saepe se dixerit, peccatum nos tamen 15  
 originale foedauerat, quod ipse non habuit qui suae nos natiuitatis puritate mundauit. o pietas clemens et facilis ad salutem! ne nos iugum diuturnae premeret seruitutis pro condicione peccati, Dominus serui membra suscepit. audiamus uocem Pauli dicentis Apostoli: semet ipsum exinaniuit 20  
 et formam serui suscepit, et cetera, quique cuncta uestit ab origine mundi nascentia pannis inuolui sua passus est

8 cf. Psalm. 18, 6      11 Psalm. 44, 3      20 cf. Philipp. 2, 7

1 exiguis *H*      hospitalitatis *P*, hospitales *H*      2 qui *v*  
 3 laeserat *P corr. m. 2*      cum *om. H*      4 sacramentum] alib  
 secretum *in marg. R*      5 conceptis (*m. 1, -us m. 2*) *H*      ē creatus  
*H cf. Paschasium Radbertum de partu Virg. p. 1385 M.*, nec creatus  
*P*; conceptus et creatus est *v*      6 hortis<sup>a</sup> *P*      7 laetitia  
*H*      8 siderio *H*      uelud *PH*      thamo<sup>la</sup> *R*      10 gratia *om.*  
*v*      p||||| *H*, praeminere *cum glossa in margine* al. praenitere  
*v*      ipse <sup>*P*</sup>salmus (*p a m. 2*) *H*      pronuntiat *H*      12 autem  
*om. v*      13 forma *om. v (cf. v. 51)*      14 filiumqui *P*      15 sepe  
 \*\* dixerit *H*      16 fedauerat *P*, fedauerat *R*      17 imunda ū (<sup>*purit*</sup>*purit*  
 et ū *a m. 2*) *H*      pietas] *e in ras. m. 2 H*      18 praemeret *H*  
 21 uertit <sup>*f*</sup>*R'*      22 inuolui] *i, a m. 2 H*

membra, et cui caeli parvus est limes, terra deficit, maris unda non sufficit plenus mansit in corpore puerili, modico Deus recubans in praesepe.

Salve, parens optima, tanti regis puerperio consecrata, qui 5  
supernis ita iugiter dominatur et infernis, ut eius imperium,  
potestas et nomen nec initium nouerit habere nec finem, quae  
beati uentris honore conspicuo simul et mater esse probaris  
et uirgo. cui nulla penitus aequalis femina reperitur, quae  
10 tuum decus similiter praecesserit aut sequatur: sola placens  
singulariter Christo nulli compararis exemplo.

Tunc angelici iucunditate sermonis pastores primi gregem 6  
suum nocturnis uigiis reseruantes natum Dominum cognouerunt,  
ut et pastoribus pastor mundi claresceret et inter  
greges agnus genitus appareret. igitur ut euangelicus sermo  
15 testatur, ita pronuntians: et subito facta est cum  
angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum et dicentium: gloria in altissimis Deo et  
in terra pax hominibus bonae uoluntatis. ostendit  
Euangelistae fidelis assertio, de cuius ageretur hic regno,  
20 quando caelestis militiae multitudo Deum laudat in Christo,  
ut licet humana fuerit pro matris condicione creatio, deitatis  
tamen una communio Patrem cognosci demonstret in Filio.  
dicebant ergo: gloria in altissimis Deo. utique in altissimis gloria Dei permansit, unde Christus ueniens non  
25 recessit. et in terra pax hominibus bonae uolun-

15 Luc. 2, 13. 14

1 caelum *v* limes (es *ex* is *corr.*) *R*, limis *PH* deficit  
*P* 2 sufficiat *H* 3 <sup>cu</sup>rebans (*corr. m. 2*) *R* 4 LAVS SCAE  
MARIAE *R* 5 <sup>i</sup>supernas (*corr. m. 2*) *H* <sup>m</sup>infinis *P*, infimis *R*,  
infernis *scripsi* eum frenis *H* et infimis dominatur *v* 8 rep-  
peritur *H* 9 dec'em *P* se\*\*atur *H*, signatur *v* (sequatur *coni.*  
*Gall.*) 10 nullo *R* 11 VBI PASTORIBVS NVNCIAT' AB ANGELO  
*R* iocunditate *PR*, \*\*cunditate *H*, facunditate *v* 12 ser-  
uantes *v* 14 <sup>re</sup>apparet (*re a m. 2*) *H* euangeliiis *H corr. m. 2*  
17 <sup>dm</sup>dm *P* 19 dec' *P* 22 demonstrat *v* filia *Col. Par.*

tatis. terram credendum est homines nuncupari, de qua sumus Domino fabricante plasmati, qui Adam increpans dixit: quia terra es, et in terram ibis. tunc enim terra nostra pacem meruit post illud bellum ferale quo cecidit, quando Christus terram nostrae carnis adsumpsit. 5 nam si terram in hoc loco campos arbitremur dictos et montes, quam pacem potest habere uel praelia muta moles et pigra? in homines ergo specialiter pax illa descendit quos bonae uoluntatis capaces inuenerit, ut ubi studium sinceri propositi renum scrutator et cordis esse conspexerit, 10 illic domicilium suae delectetur instruere mansionis. pax est enim et ratio melioris arbitrii contra spiritum carnis non fauere certamini, sed utramque materiem concordi iugiter puritate cum spiritus dominatione seruare. nec debemus tantum de carnis inbecillitate diffidere, ut de caelesti uideamur 15 auxilio desperare. omnipotens enim Dominus Iesus Christus, qui Dei mediator et hominis adprobatur, ut excusationem nobis corporeae fragilitatis auferret, studium nostrae tantum uoluntatis inquirens, perfectionem boni operis suae maiestati seruauit. apostolica namque doctrina sic explicat 20 dicens: uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, quia uidelicet nostrum est bonum uelle, Dei perficere qui pacem suam hominibus bonae uoluntatis infundit. diuinus deinde sermo prosequitur dicens:

3 cf. Gen. 3, 19

17 cf. Tim. 2, 5

21 Rom. 7, 18

1 terra credum<sup>den</sup> (den a m. 2) P, terra crededum H homine<sup>s</sup> H  
 corr. m. 2 3 et om. v enim om. v 4 in terra P  
 illum (m. 1, corr. m. 2) H quod (m. 1, corr. m. 2) quo R, quod  
 H, quo v 5 terram s. l. P<sup>2</sup> 6 arbitremur (corr. ex æ) R  
 7 m\*ta H (u eras.), mutata v 9 quod P inuenit P  
 10 rerum v 11 delectetur R 13 utramque materiem PR,  
 utramque ma\*\*\*\*\*m H (fuit materiam), utrumque manentem v 17 Dei  
 et hominis mediator Hv approbator H 18 auferret H (au fere  
 eras.), auferat Par. Gall., offerret Migne 19 tantum nostrae v  
 suae om. P 20 maiestatis H 21 adiacens mihi est v 22 belle  
 P 23 perfice<sup>re</sup> (re a m. 2) P suum (corr. m. 2) H post  
 hominibus rasura 1 uerbi in R 24 deide<sup>n</sup> (n a m. 2) R

Cum ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudae, 7  
 in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente  
 venerunt Hierosolimam dicentes: ubi est, qui natus  
 est rex Iudaeorum? uidimus enim stellam eius in  
 5 oriente et uenimus adorare eum. audiens autem  
 Herodes rex turbatus est et omnis Hierosolima  
 cum illo. et congregans omnes principes sacer-  
 dotum et scribas populi sciscitabatur ab eis ubi  
 Christus nasceretur. at illi dixerunt: in Bethleem  
 10 Iudae. sic enim scriptum est per prophetam: et  
 tu Bethleem, terra Iuda, nequaquam minima es in  
 principibus Iuda. ex te enim exiet dux, qui regat  
 populum meum Israhel. tunc Herodes clam uocatis  
 magis didicit ab eis tempus stellae, quae appa-  
 15 ruit eis. et mittens eos in Bethleem dixit: ite et  
 interrogate diligenter de puero. et cum inuene-  
 ritis, renuntiate mihi, ut et ego ueniens adorem  
 eum. conuenienter scripturarum sanctioni concordans Christi  
 natiuitas ab oriente fulgebat, quia implet quod Zachariae  
 20 designat oratio: uisitauit nos oriens ex alto. nam et  
 Dauiticus similia continet psalmus: in sole posuit taber-  
 naculum suum, et cetera. per solem uero significat orientem,  
 de qua regione semper oritur dies. quid igitur, Herodes, astutius  
 furis? quid dementer insanis? Christum siquidem lingua

1 cf. Matth. 2, 1 sq.

20 Luc. 1, 78

21 Psalm. 18, 6

1 DE EO QD XPS IN BETHLEEM NASCERET' R, De stella magos ad  
 Christum ducente et mysticis eorum rebus v esset] t a m. 2 in ras.  
 H Iudaeae R 3 hierosolimam H 4 Iudeorum R 5 ori-  
 entem H 6 hierosolimi H 8 sciscitauit v 10 Iudae R, Iuda  
 H 11. 12 Iudae P reget H Par. 15 illos Hv Bethleem  
 dixit in ras. R 17 adorare P 18 scripturam H<sup>1</sup> (corr. m. 1)  
 n  
 sationi (corr. m. 2) H concordatis P 19 qui\* H, qui v  
 22 sole v 23 astutius Hartel, sautius P, socius R<sup>1</sup> alibi saucius in  
 mg., acutius v, post Herodes rasura in H (acutius?), fort. saeuus cf.  
 205, 15 24 xpm H (in mg. a m. 2)

profiteris, corde persequeris mentemque tetram et nebulosae  
 caliginis obscuritate damnatam iucundi uultus serenitate  
 dissimulas. Christum namque mandas inquiri non adorandum  
 religione quam fingis, sed necandum fraudibus quas moliris.  
 erras nimis et falleris illum credens tibi succedere, qui regia 5  
 primus dominatur in sede, qui nec succedit penitus nec decedit,  
 sed aeternus solium suae possidet maiestatis, legemque legis  
 ac negligis qui regi regum tua regna minitaris. caret uerbis  
 haec culpa, caret excusatione perfidia: hunc enim conaris  
 extinguere, quem te promiseras adorare. minus forte deli- 10  
 queras, si de Christo nihil quaereris, quatenus homicida  
 tantum uelut ignotum hominem persequendo, non etiam sacri-  
 legus esse Deo uidereris offenso. nonne legeras eum Dauidico  
 cantico sic monentem: nolite tangere christos meos  
 et in prophetis meis nolite malignari? cum ergo 15  
 diuinae praeceptioni parere necesse sit, ut neque christi eius  
 neque prophetae maligna quicquam improbitate sustineant,  
 quia uidelicet spiritali consecratos unguento nefas grande sit  
 contumeliose tractari: quale nomen habebit hoc crimen, ut  
 ipsum Dominum Christum, a quo christi sunt nuncupati, 20  
 ipsum uerum prophetam, a quo uerax propheta descendit,

## 14 Psalm. 104, 15

1 p<sup>i</sup>fteris (e eras.) R p\*\* sequeris H, prosequeris Col. Par.  
 nebulosa P 2 damnatum (m. 1, corr. m. 2) H iocundi RH  
 uultis<sup>v</sup> H corr. m. 2 4 religionis P neccandum P 5 falles  
 H (e ex i corr.) succere<sup>de</sup> P 6 dominantur<sup>i</sup> H, domina<sup>tur</sup> R  
 paenitus H 7 tertius<sup>n</sup> P corr. m. 2 possedet<sup>i</sup> (corr. m. 2) H  
 legemquae<sup>a</sup> H 8 negligis H s corr. m. 2, negis<sup>gle</sup> R min\*\*ar\*\*  
 H, minaris v 9 hinc P 10 extingere<sup>v</sup> H corr. m. 2 pro-  
 miserat<sup>a</sup> H corr. m. 2 delinqueres RHv 11 nil P 12 uelud  
 ignitum<sup>o</sup> H corr. m. 2 13 uideretis<sup>r</sup> (r a m. 2) P, uideris v  
 offenso] so in ras. R non<sup>ne</sup> (ne a m. 2) P, non H 15 cur v  
 16 p̄cepcioni H pareri P 17 sustineam v 19 contumeliore H  
 20 noncupatiq; P (q; exp. m. 2) 21 uero v p̄fetam H

tuis ambias dolis interfici? nonne Daud, mandatis Domini  
 seruientem, debuisti sectari, qui Saul in speluncam, qua latebat,  
 ingressum dum cogereetur extinguere [ita respondit:] absit a me  
 omnino hoc, mihi non contingat a Domino, si fecero  
 5 uerbum istud Domino meo, christo Domini mei, ut  
 inferam manum meam in eum, quoniam christus  
 Domini hic est. et ille quidem pepercit inimico se uolenti  
 perimere. tu autem insidiaris Domino, qui mundi natus est  
 ad salutem. quodsi nullis ut immemor ueterum tangebaris  
 10 exemplis, ob hoc saltim parricidalis conatus debueras arma  
 relinquere, ne sceptri quod gerebas deiceres potestatem, qui  
 unctus agnosceris persequens unctionis auctorem. ne tamen  
 nominis tui cruenta perfidia tanti sceleris a satietate discedat,  
 sub honore crucis aetherio, sed crimine tuae gentis inferno,  
 15 quod frustra saeuens tu moliris Herodes alius post uidebit.

Euangelicum ergo sequens ait ita capitulum: qui cum 8  
 audissent regem, abierunt. et ecce stella, quam  
 uiderant in oriente, antecedebat eos, usque dum  
 ueniens staret supra, ubi erat puer. uidentes  
 20 autem stellam gauisi sunt gaudio magno ualde,  
 et intrantes domum inuenerunt puerum cum

3 cf. I Reg. 24, 7

16 Matth. 2, 9 seq.

1 tuis s. l. P<sup>1</sup> ambiguas donas int̃fiq<sup>ci</sup>; P corr. m. 2 2 serui-  
 entem om. H debuistis P spelunca RH in qua Par.  
 Gall. 3 cum ita cogereetur v (dum Col.) cogetur H ita  
 respondit om. PRH, fort. absit <ait> 4 non] s. l. H<sup>2</sup> 6 quia v  
 ipxp̃f P 8 perhimere P insidiaueris H mundo H 9 qui  
 si v immemor PR 10 ab R salutem P ab hoc — parricidalis  
 conatu H 12 agnoscens P persequeris R auctori H  
 (m. 1, ē corr. m. 2) nec tamen P Col. Par. 13 sacietate R,  
 satiaetate H corr. m. 2 14 infer\*o H, infero v 15 qu\*e H,  
 quo P saeriens P p̃uidebit P 16 DE MAGORVM MVNERI-  
 BVS RH, De adorato a Magis Christo et muneribus oblati v  
 Euangelicum R corr. m. 2 20 aut̃ stell<sup>am</sup> gauisi R am a m. 2,  
 stell in ras.

Maria matre eius et procidentes adorauerunt eum et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum tus et myrram. quid est hoc, ut praecederet eos stella quam uiderant, nisi ut ducatum parui sideris intuentes materiem pleni luminis inuenirent? adorauerunt autem quia 5 uere uenerant adorare, quod Herodes se mentiendo facturum non meruit obtinere. nisi enim ueris adoratoribus Deum non conceditur adorare, sicut ipse Dominus noster ad Samaritanam mulierem locutus est dicens: uos adoratis quod nescitis; nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudaeis 10 est. sed uenit hora et nunc est, quando ueri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et ueritate. nam et Pater tales quaerit, qui adorent eum. licet ergo Dominicae uerba doctrinae manifesta sint et aperta, quod Deum nisi ueritas non adoret, debemus tamen uim sermonis 15 diligentius perscrutari, quid sit uenit hora et nunc est, quando ueri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et ueritate. arbitror itaque iuxta sensum, quem meae Dominus paruitati largitur, quod per significationem praesentis temporis, quo se palam mundo monstrauit, in se Patrem 20 dixerit adorari. sic enim sequentibus patefecit alloquiis dicens: iudicium omne dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. magnifice uero postquam dixit in spiritu, adiecit et ueritate, quoniam spiritum Dei gerentes ueritas sequitur, alienum fallacia comi- 25

11 Ioh. 4, 22 s.

22 cf. Ioh. 5, 22 s.

2 optulerunt *R<sup>2</sup>H*      3 myrram *PRH*      4 ni<sup>si</sup> ut *P corr. m. 2*  
 paruis *P*      5 materiem *H*      6 quod—optinere] *in marg. a m. 2*  
*H*      7 dominum *RH*      8 reditur *H c a m. 2*      11 ora *H*      12 ad-  
 horabunt *H*      13 querit adoratores *P*      15 Dominum *v*      sermone  
*H<sup>1</sup> corr. m. 2*      16 perscrutaq; *P corr. m. 2*      qui sit *Hv*  
 18 me *H*      19 deus *v*      20 monstrauit *H*      21 dix̄ *R* (*cf. Zinkii*  
*de Fulgentio mythographo disputationem p. 48*)      adorare *H*  
 alloquiis *PRH*      22 ut omnes honorificent Patrem *H*      sicut  
 honorificauit Patrem *Col. Par.*      25 in spiritu *H*      sequitur]  
 r ex s *P*      a\*alienum (*l eras.*) *H*      fallatia *H*

tatur. declaratur et aliud in hac magorum persona mysterium: per illos namque gentiles et aduenas ad se Dominus noster Iesus Christus ingressos gratiam futurae legis ostendit, quod omnibus ad se gentibus ueniendi aditum iam pararit. ita  
 5 enim et per prophetas suos et per se ipsum noscitur elocutus. per prophetas quidem licet saepius ista praedixerit, Dauitico tamen testimonio sic explanauit: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem  
 10 tuam terminos terrae. mirabilem gentes hereditatem dixit, quia per noui gratiam testamenti Domino parabatur adquiri. per se autem ipsum in euangelio tamquam bonus pastor ita promisit: et alias oues habeo, quae non sunt ex hoc ouili. et illas oportet me  
 15 adducere et uocem meam audient et fiet unum ouile et unus pastor. nec deuotionem munerum diuino caruisse nutu credamus. nam per illas species merito uariae significationis oblatas Christi potentia patuit declarata. aurum namque diligentius inquiramus quid pronuntiet adtributum?  
 20 sine dubio tam praeclara materies et opulentia metallici

7 Psalm. 2, 7 s.      13 Ioh. 10, 16

1 aliud *om. v*, aliu d *H<sup>2</sup> fuit alia*      4 uenienti *PH*, uenientibus  
*v*      a\*ditum (u *eras.*) *R*      pareret *R*      5 per *om. H Par.*  
 et se ipsum *Col.*      locutus *Hv*      6 praedixerit *PRH Par. Gall.*,  
 praedixerat *rell. ed.*      dauitice \*\*\*\*\* (tamen *eras.*) *P*      7 testi-  
 monio<sup>s</sup> sic *P corr. m. 2*      planauit *PR*      dñs dñs *P*      8 po-  
 stola *H*      9 et—mirabilem *om. v, fere eras. in H*      gestes *P*  
*corr. m. 2*      10 mirabilēs *P*, mirabiles *R*      11 que—parabantur  
*R corr. m. 2*, qui—parabantur *v*      12 parabantur (?) *P*      se aut  
 ipsum *PR*      ipsum autem *H*      autem *om. v*      14 hoccouili  
*P*      ouile<sup>i</sup> *R corr. m. 2*      medducere *H*      15 audiunt *P corr.*  
*m. 2*      16 nam *P corr. m. 2*      18 decreta *P*      19 si dili-  
 gentius *v*      pronunet a\*tributum *H corr. m. 2*      20 dubie *P*  
 tam *om. H*      opulentam<sup>ti</sup> *H*, opulenta *v*

splendoris inradians utpote regi memoratur inlata. sed et in hoc rege duplicem fatemur esse substantiam: Christus enim et spiritaliter regnat in caelis, et carnaliter natus est rex Iudaeis. turis autem munus, quia religioso libamini illud olim proficiebat incensum, Christo datur ut Deo; myrra uero, 5 quia tumulandis est apta corporibus, humanam morituro per carnem sepulchralem traditur ad honorem. ipsa quoque trinae quantitatis oblatio cultum catholici dogmatis pronuntiabat ex numero, quippe Deus omnipotens, qui praesentia praeterita conspicit ac futura semperque manet mansit iugiter ac manebit, 10 triplicis in sua deitate uirtutis in eorum temporum cursu rerum omnium posuit fundamentum, quamquam praesentia sub eius oculis semper uniuersa consistant, qui nec uetustatis senium nec iuuentutis suscepit incrementum, sed qui semper quod est idem esse non desinit. nam potestatis suae nomen 15 excelsum Moysi sollicite perquirenti, ut Israhel populo nuntiaret, de flamma rubi non ardentis hoc edidit: ego sum qui sum, et dixit: sic dices ad filios Israhel: qui est misit me ad uos. in euangelio nihilominus ad Iudaeos Abraham sibimet praeponentes antiquitate sic inquit: amen, 20 amen dico uobis, antequam Abraham fieret, ego sum. uide distantiam utriusque substantiae, Deum discernentem et hominem. de Abraham dixit: antequam fieret;

17 Exod. 3, 14

20 Ioh. 8, 58

1 utpote (o ex u) *R* et *om.* *v* 2 regi *P*, regem *H*  
 esse fatemur *H* 3 specialiter *v* 4 turis *H* autem *om.*  
*v* quia *Pv*, quo *R*, qua *H* regiose *P corr. m.* 2  
 libamine *R* 5 Christi datum Deo *H* 6 quae *v* tumu-  
 landis] is ex us *H* 7 post sepulchralem ras. 3 uerborum in *H*  
 sepulchrali lege *v* 9 quippe qui *v* praesentia *om.* *v* 11 in  
 \*\*\* (sua? *eras.*) *H* una *v* deitate\* (s *eras.*) uirtu (r *corr.*)  
*P* 12 praesentiam *R* 13 quin et *P* ne uetustatis *Col.*  
 14 suscepit *R corr. m.* 2 qui scripsi, quia *PRH*, quod *v*  
 15 non *P* 16 sollite *I*, solli\*\*te *H* ifrl *P*, Israhel *H*, isra-  
 helitico *R*, Israeli *v* 17 rubi ardentis *Pur. Gall. Arev.* 18 dic\*\*  
 filiis *H* 20 praeponentis *H* 23 de *om.* *v*

de se ipso non dixit ego fui, sed ego sum, quoniam diuinitatis esse est non fuisse, quae uiua semper aeternitate consistens nec initiis oritur nec terminis explicatur. tempus enim a Deo est, non Deus a tempore.

5 Lectionis itaque sermo prosequitur: et responso accepto 9  
in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam uiam  
regressi sunt in regionem suam. debemus igitur imitari  
nos etiam magorum facta fidelia, et sicut illi somnio credide-  
runt, nos euidentissimis aspectibus iam credamus, quatenus qui  
10 Christum signo crucis praelucente repertum meruimus adorare  
eidemque de thesauris nostri cordis munera trinae laudis  
offerre iam minime reuertamur ad huius mundi principem,  
qui nos ante seduxerat, deceptorem, sed priorem semitam  
relinquentes per illius callis secreta pergamus, qui ad caelestem  
15 patriam gressus dirigit confidentum.

Dehinc talia per ordinem gesta narrantur: tunc Herodes 10  
uidens, quoniam inlusus esset a magis, iratus est  
ualde et mittens occidit omnes pueros qui erant  
in Bethleem et in omnibus finibus eius a bimatu  
20 et infra secundum tempus quod exquisierat a  
magis. igitur a magis, quos crediderat inludendos, inlusus  
dissimulatos motus ira praecipiti rex impius publicauit, si

5 Matth. 2, 12      16 Matth. 2, 16

1 se *om.* *H*      2 est *om.* *P*      uia *v*      3 consistens *H*  
5 QUID SIGIFICET PER ALIAM REDIRE VIAM *R*      responso *P*      somno  
*H*      6 eum ad *H*      haliam *H*      7 reuersi *PHv*      8 aetiam *H*  
magorem *H corr. m. 2*      omnino *H*, somno *v*      9 quatinus  
*P*      10 praelucentem *v*      ad\*orare *H* (*h eras.*)      11 thesauris  
*P*      14 p<sup>a</sup>gem\*us *H*      quia d *P*      15 diligit *P*, dirigit *H* git  
*a m. 2*      confitendo *Hv* (*confidendo Par.*)      16 dein *H*      p. o. talia  
gesta *v*      19 ab imatu *R*      20 exquesierat *P*, audierat *H* audi  
*fere eras.*      21 magis] DE NECE INFANTVM *R*, De saeuitia Herodis  
et nece paruulorum *v*, quae a uerbis Tunc Herodes etc. *cap. incipit*  
(*cf. c. 6*)      quod<sup>a</sup> *R*      a magis inludendos *H*      22 dissimulatus  
*H*      puplicauit *H*

regem dici conueniat, qui nec pietatem tenuit, nec suos regens  
animos temperauit, sed tamquam leo saeuissimus et cruentus,  
cui si tener quiuerit forsan agnus auferri, in totum parui  
sanguinis gregem impetus ferinos exercet pecusque mollissi-  
mum mandit, lacerat, decerpit, extinguit; stant eminus fetae 5  
miserrimae pignora uocantes frustra iam perdita crebrisque  
balatibus inanes auras exagitant: sic Herodes Christo stimu-  
latus ablato paruulorum cateruas elidere sanguinolenta non  
destitit tyrannide. quonam, rogo, crimine simplex morti turba  
succumbit? cur qui uixdum modo sunt geniti, digni sunt iam 10  
puniri? furor est in cruento rege non ratio, qui primis uagiti-  
bus inimicus et innumerum patrare nefas adgressus, puerilis  
milia mactauit aetatis unoque luctu tot simul genetrices orbauit.  
haec effusam uultibus comam miseranda dilacerans crinalis  
damni foeditate nudum uerticem sauciabat, illa madidas lacri- 15  
mosis imbribus genas unguium proteruitate sulcabat, duris  
alia pectus sanguinolenta uerberibus, infelix mater nec  
iam mater super unici gelidum corruens cadauer extincti per  
abscisas uberum uenas lactis copiam cum cruore fundebat.  
nemo calamitatis illius tam uarias tamque multiplices potest 20  
imagines expedire, ubi diuersis generibus lamentorum dolor  
aderat non diuersus. quis tibi sensus, quaeue fuerit mentis

1 di<sup>ci</sup> (q; eras.) P      su<sup>o</sup>regens P s a m. 2      suos om. H  
3 cuius itener P      tiner ex tener H<sup>2</sup>      prau<sup>i</sup> R      5 stante  
minus H      foete P, foetae R, factae H      6 miserrimae P, mi-  
serrima H, miserrime v (miserrimae Arev.)      crebis<sup>r</sup> P r a m. 2  
7 bala\*tibus H      aures PH      erodes\*\*\* xpō(stin eras.) P      8 par-  
uorum P      cateruas] s a m. 2 H      sanguinolenta R      9 quaenam R  
corr. m. 2, quaenam H      10 modos P      11 furorem in H  
12 adgressus H<sup>1</sup> corr. m. 2      13 genetrices H ni a m. 2      15 damna  
P      16 durus P      17 pe<sup>c</sup>tus P      sanguinolenta R, sanguino-  
lentum v      mater caedebat v      18 iam modo H v      ma<sup>t</sup> \*\*\* H  
conruens H<sup>1</sup> corr. m. 2      per eras. in H, om. v      19 abscissas v  
20 tum P      uaries H      tante<sup>ci</sup> P corr. m. 2      22 non diuersus  
dolor aderat P      sensusq; fuit H      fuit v

intentio, non iam tyranne, sed lano? quos fremitus eructabas accensus, cum insontium uulnera paruulorum ex arce summa prospiciens uastum pelagus lacrimarum cerneret inundatione collectum? inter necatos tamen infantes, quos occubuisse certum est non perisse, quamquam Christus afuerit, absens esse non potuit, qui periculis sanctorum semper insertus, alienis pro se corporibus inrogata pio motu sentit ipse supplicia.

Cumque iam aetate proficiens annos duos gereret supra decem, cuius numeri de carne traxerat quantitatem, aeuum scilicet temporale humana ratione percurrens, senioribus seniore[m] sese prudentia, magistris magistrum pandebat esse doctrina ut, legis suae manifestus interpret quantus esset, inferior demonstraret.

Nec post longam temporum moram (quaenam potest esse temporibus, quae uolucris cursu fugacia nondum ueniunt, iam recedunt) ut euangelista significat, ipse Iesus erat quasi annorum triginta, ut putabatur filius Ioseph. praeclare nimis utrumque uerbum quasi et putabatur diuinitati seruauit; sicut enim quasi triginta uidebatur annorum, cum sit aeternus, ita Ioseph filius putabatur,

16 cf. Luc. 3, 23

1 quo\* (d eras.) *H* eructuabas *R* 2 sontium *Par*.  
uulnerū *P* 3 cerneret] es *ex* is *R* 4 necato<sup>f</sup> (f a m. 2) *P*  
5 afuerit xp̄s absens eē n̄. fuit *R*<sup>1</sup>, eē n̄. <sup>ae</sup>fuit *corr. m. 2* 6 potuit *Hv*, fuit *PR* sanctorum—sentit *in mg. add. m. 2 P*  
7 in se *Hv* 8 DE DOCTRINA XPI CŪ ESSET ANNORVM XII *RH*, De doctrina ac magisterio Domini duodecimo anno *v* Cum *Hv*  
proficiens *P n a m. 2* duo *P* gerere<sup>v</sup> *R t a m. 2*, gereret *P*  
10 silicet *H c a m. 2* temporalem *P* 11 eē prudentia—magistrum eē doctrinae *R* doctrinam *P* 12 esset *om. R*  
inferior *Hartel*, interior *libri* 13 monstrat *H*<sup>1</sup>, monstraret *corr. m. 2* 14 esse mora *v* 15 fugatia *P*, fugatia *R*, fugati *H* 16 *Inscriptio post* significat VBI XPS TRIGINTA ANNORVM BAPTIZATVR A IOHANNE *RH* (*omisso* a Iohanne), de tricenarii baptismo saluatoris *v*  
17 iam annorum *v* Iosep *PH* 18 predare *P cl a m. 2*, praeclare *H ic a m. 2* 19 diuinitatis *v* sic *H* 20 c. s. annorum aeternus *H*  
aeternus *P e a m. 2* Iosep *P*, Ioseph \*\*\*\*\* *H* filius *om. v*

cum sit ex uirgine procreatus. tunc Iordanis ad fluenta baptizandus accessit expetens quod uenerat ut donaret, abluendus qui uenerat abluere. hunc Iohannes Baptista conspiciens, quem matris in utero senserat, dum lateret iam Christi conscius adfuturi, prophetiae munus exercens, licet loqui non posset, 5 tamquam muti patris a silentio temporali descendens, proclamare coepit et dicere: ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. cum dicit tollit, ostendit eum non habere quod tollit, quod quidem tulit non ut ipse gereret sed ut ipse deperderet. sicut tenebris nocturnae caecitatis ortum radiantis 10 diei subito uidemus infundi, nec tamen caliginis tactu, quam decutit, splendoris sui gratiam lux amittit, ita Dominus Iesus Christus, humani generis delicta suscipiens non tenuit, sed fugauit. nam ut ignis metalla sordium consumptione clarificat, ita nos ab originali contagione sua bonus opifex flamma mun- 15 dauit. tunc immaculatus aquas ingressus in se nostram lauauit inluuiem nihil habens proprium quod lauaret. ipsos denique latices sacri corporis maiestate purificans beauit gurgitis famam, honorem Dominici baptismatis consecutam. senserunt tremendam deitatis undae praesentiam, pontus recessit a litore, 20 fluuius remeauit in fontem. de quibus propheta cantitans haec designat: mare uidit et fugit, Iordanis conuersus

7 cf. Ioh. 1, 29

22 Psal. 113, 3. 5

1 baptizatus *H*, baptizaturus *v*      2 abluendis *P*      3 ueniebat  
*v*      4 xp̄o conscius *P* s<sub>1</sub> corr. ex c      5 possit *PH*      6 muta<sup>o</sup>  
*R*      7 ecce qui *v*      peccata *v*      8 qu\*\*i *H*<sup>2</sup>, qui *v*      9 ge-  
rere<sup>c</sup>—deperdere<sup>c</sup> *R*      10 da<sup>a</sup> perderet (de *a m. 2*) *H*      11 quem  
*v*      14 ut *om.* *P*      consumatione *PB*, consummatione *Hv*  
claricat *R*      15 contagio *PHv*      bona *H m. 1*, bonus *m. 2*  
opimex habundanter *P*      mundauit (*m a m. 2*, *f m. 1*) *B*      17 in-  
luuium<sup>o</sup> *P e a m. 2*, in\*luuiem *B*      denique *ex quoque H*<sup>2</sup>  
13 mag<sup>i</sup>estate *R corr. m. 2*      bea\*\*\*uit gurgites *H*      19 lympham  
*v*      senserunt<sup>elēta</sup> *R s. l. m. 2*      20 trem\*\*ndā (de *eras.*) *B*  
inde *R*      21 funtem<sup>o</sup> *P corr. m. 2*

est retrorsum. quid est, mare, quia fugisti, et tu, Iordanis, quia conuersus es retrorsum?

Euangelicae lectionis ergo textus ita prosequitur: bapti- **13**  
 zatus autem confestim ascendit de aqua, et ecce  
 5 aperti sunt caeli, et uidit Spiritum Dei descen-  
 dentem sicut columbam uenientem super se. et  
 ecce uox de caelis dicens: hic est Filius meus  
 dilectus, in quo mihi bene conplacui. consideremus  
 attentius, quantum reueletur et in hoc loco mysterium. post-  
 10 quam enim Dominus de aqua baptizatus ascendit, mox aperti  
 sunt caeli. quomodo mox aperti, cum Christo, cui super sidera  
 semper est domus, numquam caelum uideatur obclusum? sed  
 arbitror, quantum pietas eius meis sensibus adspirare dignatur,  
 quod ideo tunc aperti sunt caeli, quando Dominus ab aqua  
 15 baptizatus ascendit, ut suis misericors doceret exemplis homini,  
 cuius effigiem sumpsit, caelorum regna tunc pandi, cum me-  
 ruerit spiritalis aquae consecratione perfundi. quod autem  
 Spiritus Dei super eum in specie columbae descendit, osten-  
 ditur quanta sit eius bonitas, mansuetudo, simplicitas per  
 20 uolucrum fellis amaritudinem non habentem. et ne corporaliter  
 uisus esse nesciretur Deus, uoce Patris asseritur dicentis: hic  
 est Filius meus dilectus, in quo mihi conplacui.  
 praeclarus iste dilectionis affectus plenam catholici dogmatis  
 continet firmitatem unamque Patris et Filii pronuntiat esse

3 cf. Matth. 3, 16. 17

1 quod fugisti *HBv*      3 post prosequitur *VBI CAELI APERTI SVNT*  
*R*      baptizatus (us *ex um*) *P*      5 ei caeli *Bv*      6 columba *P*  
 colummeus *H<sup>1</sup> corr. in mg. m. 2*      9 attentius—enim *om. H*  
 10 dominus *om. P*      baptizandus *Ps corr.*      11 cum] sunt *HBv*  
 12 semp̄ *P*      semper est *om. Hv*      caeli *P*, caeli *B*      uidetur  
*R Hv*      oclusum *R c<sub>1</sub> ex b corr.*      13 ei *P*      adspirare *H corr. m. 2*,  
 aspirare *PR*      14 quaddo *P n a m. 2*      dominus ascendit *v*  
 16 pandi\* (τ *eras.*) *R*, pandit *H*      17 consecrationis *P*      18 spec̄iae  
*P t a m. 2*      19 ei *P*      20 uoluc\*re *H e ex t m. 2*      21 patre  
 uocis *P*      aseritur *H*      22 quo\* conplacui *P*, conplacui/// *H*  
 23 plena *B*

uirtutem. caritas enim, quae in Deo consistit, a similitudinis et aequalitatis spiritu non recedit. nam qui dixit sui lege mandati: diliges proximum tuum tamquam te ipsum, docuit diligentis et dilecti nullam fieri oportere distantiam. nam et in sequenti uerbo quod addidit: in quo mihi con- 5 placui, intellegitur potestatem unius deitatis explanasse communem. plus est enim conplacui dixisse quam placui, quia conplacui conuenientiae uerbum est et geminae cernitur adhaerere personae. quod ideo uox caelestis expressit, ut et Pater in Filio et Filius conplacuisse uideatur in Patre. nam 10 et ipso tam Paternae uocis quam Filii baptismatis uel Spiritus aduolantis congregato consortio trinitas uno fulsit ex Deo, quo dignus non meretur existere qui non numerauerit unitatem.

14 Tunc Iesus ductus est in desertum a spiritu, ut 15 temptaretur a diabolo. et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus, postea esuriit. et accedens ad eum temptator dixit ei: si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. igitur temptabatur a diabolo, fidei semper inimico. nemo enim 20 manifestam sibi rem discutit, nisi qui, fallaci plenus ingenio, compertae ueritati non credit sicut ipse diabolus, qui postea

2 Galat. 5, 14

15 Matth. 4, 1 seq.

1 enim *om. H* deo\* *H* similitudinibus *P* bu *exp.*  
 2 legē *HB* 3 diligis *PH*<sup>1</sup> (*corr. m. 2*), diliges *R* i, *m. 2 corr.*  
 4 decuit *R*, sicuti *P* diligentius *R corr. m. 1* 7 dixisse—con-  
 placui *om. B* 8 conuenientientiae *P* cernit *HBv* 9 persona  
*P*<sup>1</sup> *corr. m. 2* et *om. R* 11 ipse *P* 12 congregatio con-  
 sortio *H*, consortio congregato *v* trinitatis *PH* trinitas *B*  
 fulsit (1 *ex f*) *B* 13 qui \*\*\* numerau\*\*it (er *eras.*) unitatem *H*,  
 qui numerauit trinitatem *v* 15 VBI SE PERMISIT TEMPTARI A DIA-  
 BOLO *RH*, Christum temptatum a diabolo *v* d. est Iesus *v* 16 dia-  
 bulo *H* XL *PRHB* 19 lapidesti *R corr. m. 2* fiant  
 panes *H* 21 sibi manifestam *Hv* ingenio plenus *R*  
 22 compto *P*, cōnpertę *R*, comperti *H* postquam *H*

quam Iesum paterni claritate sermonis Dei Filium esse cognouit  
eiusdemque potentiam singularem quadraginta diebus et qua-  
draginta noctibus nihil uescentis expauit (licet Moyses similiter  
et Helias totidem dierum sustinuerint noctiumque ieiunium,  
5 sed illos alieno fultos auxilio quamquam suo merito nouerat  
haec fecisse, Iesum propria cernebat operari uirtute), spem  
repente uanissimam stultae temptationis arripuit, quia Dominus  
esuriuit. nec audebat adgredi diuinitatem, nisi mixtum uideret  
hominem. mox antiquas molitus insidias ciborum, improbos  
10 dolos fallacia suscitauit adueta demonstransque lapides, suas  
magis epulas, serpens ait: si filius Dei es, dic ut lapides  
isti panes fiant, quasi non posset hoc facere, qui tale iu-  
giter opus exercens de saxeis terrae uisceribus producit segetem  
frugali uictu praegnantem et spicea messium densitate cautis  
15 nutrimento crescente panis uberem cibum de lapidum fecundi-  
tate largitur. sed maluit sapientia singularis gloriam mira-  
bilis facti contemnere, ne repetitionem temptationis admit-  
teret. Deus enim credentes suscipit, temptantes excludit. nam  
populus Israhel ob hoc legitur Deum offendisse quam maxime,  
20 quia beneficiorum eius oblitus, temptare ausus est eum, ut  
cum desperatione peteret epulatum. de quorum et Moyses in  
libris suis incredulitate non tacuit et Dauid ita memorans

1 ih<sup>m</sup> B      3 nil RB      uescentis] s, ex b H      Moyses et  
Helias B      4 Elias v      sustinuerit<sup>n</sup> n a m. 2 P      5 quamquam  
P      fultos (o ex u) B      6 haec PHBv, hoc (o corr. in e) R  
proprio R      opera H      uirtutem P      7 uanissimam a stulte  
P      stulte H<sup>1</sup>      8 esuriit P      aggredi (g<sup>1</sup> ex d) P, aggredi RH  
Bv      myxtum m P      uideret et PRH<sup>1</sup>; et om. Bv, fort. ei      9 anti-  
quas P      mo\*litus (l eras.) B, moliturus coni. Hartel      inprobum  
P, improbos (o, ex u) R, improbas H<sup>1</sup> ū corr. m. 2, improbos B, fort.  
improbos      10 adueta P<sup>1</sup>      demonstransque] rans in ras. 2 H  
12 hoc<sup>f</sup>acere P      13 saxis R, sax\*\*s (ei eras. 2) H      14 fragili P  
spicea] i in ras. m. 2, e ex i-corr. m. 2 H, spiceat(?) B      17 petitionem  
temptatoris HBv      amitteret PR, amitteret H<sup>1</sup>B, amitteret uel  
amitteret v      19 <sup>h</sup>oc H      deum legitur RB      21 \*\*peteret (re  
eras.) P      decorum P      et om. Hv

breuiter explanauit: et temptauerunt Deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis. et male locuti sunt de Deo et dixerunt: numquid poterit Deus parare mensam in deserto? et cetera. quid enim illi potest esse difficile, qui pro immensa rerum 5. omnium possibilitate uocatur omnipotens? respondens ergo Dominus Satanae sic dixit: scriptum est: non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei. apta nimis et competens data est inimico responsio. nam percunctanti, si filius Dei esset, uelut homo 10 respondit, quatenus per eum potius uinceretur, quem uidebatur adgressus. quo audito fractus et debilis, arma tamen audaciae non deponit. et duxit illum diabolus et ostendit illi omnia regna orbis terrae in momento temporis et ait ei: tibi dabo potestatem hanc uniuersam et 15 gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, et cui uolo do illa. tu ergo si adoraueris coram me, erunt tua omnia. quid mirum, si peruersa locutus est miser, qui ne rectas uias incederet serpentis torti sumpsit effigiem, regni fragilis et caduci Christum aestimans cupiditate contingi, 20 qui ualidum potius et aeternum suis uenerat conlaturus? aut ille diuitias dignaretur saeculares acquirere, qui docere uenerat ut perirent, monstrumque caelo deiectum adoraret, cui thronus est caelum, terra subpedaneum, mundus omnis obsequium,

1 Psal. 77, 18. 19      7 Matth. 4, 4      13 Luc. 4, 5—7

1 explicauit *B*      3 <sup>\*</sup> dixerunt *P* & *a m.* 2      4 poterat  
*B*      6 autem *Pv*      8 uiuet *P*      9 de ore] *supra m.* 2 *P*  
10 percontati *P*      11 quatinus *H*      cum *P*      12 adgressus  
*P<sup>1</sup>H<sup>1</sup>B*      factus *R*      audaciae *R<sup>1</sup>H*      13 dux̄ (*x in ras.*) *P*  
ei *v*      14 im *P*      16 traditae sunt clauēs *H*      qui *B*      17 uol-  
uero *R*      adoraueris me corā *P*      18 locutus -ē- sit *H*, locutus  
sit *B*, sit locutus *v*      19 nec rectas *H* (*rectas in ras. m.* 2)      in-  
cedere *H*      serpentis (*in is corr. m.* 2) *P*, serpenti *B*      effigiem  
sumpsit *v*      20 <sup>n</sup>estimas (*n a m.* 2) *R*      cupiditate *R*      21 con-  
latu\*\*\*rus *R*      aut] *putarem legendum An cum interrogatione*  
*Arev.*      22 diuitias (*s a m.* 2) *H*      dignaret\*\* *H*      saeculares  
dignaretur *HBv*      24 suppedaneum *R*

quem nullus audet aspicere et cunctae submissis uocibus laudant  
 super sidera potestates. at iterum Dominus eum tali respon-  
 sione confundit dicens: scriptum est: Dominum Deum  
 tuum adorabis et illi soli seruias. adhuc ex humana  
 5 cernitur respondere persona dedignatus scilicet infirmum rebel-  
 lem uirtute maioris potentiae subiugare, licet huius quoque  
 uerbi liuor ille uipereus congressione deiectus nondum posuerit  
 temeritatis ingenium, sed trisulca linguarum uibratione con-  
 fidens contra uictricem Trinitatis manum tertio caput erigit  
 10 sauciatum. tunc assumpsit eum diabolus in sanctam  
 ciuitatem et statuit eum supra pinnaculum tem-  
 pli et dixit ei: si filius Dei es, mitte te deorsum,  
 scriptum est enim: quia angelis suis mandauit de  
 te, et in manibus tollent te[, ne forte offendas ad  
 15 lapidem pedem tuum]. o quantum caecitatis atque cali-  
 ginis nigro semper dominatur in pectore, mensque tenebris  
 propriae malignitatis obscura nescit indeprehensam custodire  
 fallaciam! ecce dicens si filius Dei es, ostendit hoc se  
 nescire. cum quaerit dicens iterum angelis suis mandauit  
 20 de te, confitetur hunc esse, quem cernit, sed ancipitis usus  
 uarietate sermonis simulator ac dissimulator inuentus, men-  
 dax suis artibus adprobatur. nec solius fallaciae, sed etiam  
 stultitiae domus est cor malignum. quid enim poterit ineptius

3 Luc. 4, 8      10 Matth. 4, 5. 6      21 cf. Sallust. Cat. 5, 4  
 23 cf. Prov. 12, 23

1 nullum *H*      2 portantes ad rerum *P*      eum] cum *P*, *om.*  
*B*      responso non *P*      3 confundit *Hv*      4 ex *om.* *P*      <sup>h</sup>u-  
 mana (*h a m. 2*) *H*      5 <sup>de</sup>dignatus *R corr. m. 1*      6 uirtutem *R*  
 maiori\* (*s eras.*) *H*, maiori *Par. Arev.*, maioris *P*      7 libor *I*,  
*om. B*      ui\*pereus (*m eras.*) *P*      posierit *P*, deposuerit *Hv*  
 9 manu\* (*m eras.*) *B*      11 super *R sed cf. v. 202*      pennaculum  
*R*      13 sus *R*      14 toll\*nt *R*      ne—tuum *om. PR*      15 caligo  
*R*      17 indeprae<sup>h</sup>ensam (*h a m. 2*) *H*      18 se] *ex me corr. P<sup>2</sup>*  
 19 q\*rit *H corr. m. 2*, querit *P*      21 uarietatis *H* (*post ancipitis*  
*rasura*)      hac *H*      22 adprobatur (*r<sub>2</sub> ex s*) *P*      fallat<sup>ca</sup>iae *R*  
*corr. m. 2*

repperiri quam ut illum crederet licet alta sublimis templi fastigia et cacumen excelsi pinnaculi saltu formidare praecipiti, qui ut planis uideretur in terris, de summa caelorum arce descendit, de quo clamans Dauid dicit: et inclinauit caelos et descendit, simul humillima continens et altissima 5 non relinquens. igitur deficientis audaciam sic eloquens percudit uox diuina: scriptum est: non temptabis Dominum Deum tuum. hic Dominum Deumque sese iam pandens tales ergo ultra conatus adsumere prohibet temptatorem, suis nos ammonens pius doctor exemplis spiritum, uetustae maligni-10 tatis artificem, illic humanis procul dubio subiacere uirtutibus, ubi fuerit Deus simplicitati puri cordis infusus.

15 Ait ergo lectionis instructio: tunc reliquit eum diabolus, et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. uidetur ut arbitrōr in hoc diaboli fugientis abscessu et 15 ministerio consequenter angelico quandam paschalis gloriae declarare praecedentibus signis imaginem. nam sicut uictis temptationibus depulsoque diabolo praebuerunt angeli ministerium Saluatori, sic contumeliis Iudaeorum et poenis beatae crucis passione contemptis ipsaque, diaboli fructu, morte 20

4 Psalm. 17, 10

7 Matth. 4, 7

13 Matth. 4, 11

1 crederere *H*      2 excelsū *P e a m.* 2      pennaculi *R*, pinnaculis altum *P*, pinnaculis salto *H*, culminis alto *B*      reformidare (re ex r&) *R*      3 uid\*\*tur *H*, uidetur *v*      4 clamat — dicit *HB* et dicit *v*      5 Et descendit et inclinauit caelos *HBv*      6 deficientes *H corr. m.* 2      pertulit *R*      8 esse iam\*\* (se eras.) *B*, se esse *v*      9 ergo conatur adsumeret *P*      10 nos *om. H*      ammonet *R*, amonet *H*      spem *P*      uetust\*\*e *H*, uetustate *PB*      12 hubi *P*      fuerit] in marg. adiecit *m. 2 H*      in | infusus *P*      13 DE RECEDENTE DIABOLO ANGELI MINISTRABANT *R*      ergo] enim *v*      reliquid *PB*      14 accesserunt *R*      15 illi *H*      fugientis *R*, figmentis *B*      apcessu *H*      ex *B*      16 consequenter] ter ex tur *H*<sup>1</sup>      gloria *P*      17 p̄cedentis *P*      declarauit *H*      18 depulso qđ *H*      ministerio *P*      19 beatae *Hv*      20 fraude et *Bv*; fort. frude

calcata surrexit ab inferis, euectus est astris et consueto maie-  
statis imperio Christus ab angelis adoratur in caelo.

Exin discipulos ex piscatoribus quosdam sibimet sociauit **16**  
accitos, humanas deinceps animas piscaturos, quae lubricam  
sectantes mundi laetitiam tamquam uatantes uias ponti fluctu-  
antis incertas per uoluptuosos lapsus uagis cursibus errauerunt,  
talesque uitae conciliauit aeternae, quos nec generosa prosa-  
pies ortu terrenae nobilitatis inflaret nec nitor eruditae facun-  
diae gloria uanae garrulitatis extolleret, sed quos sanctum  
uitae simplicis institutum superba nimis humilitate conspicuos  
caelo faceret iam uicinos. namque Deus omnipotens stulta  
mundi potius elegit et infirma, rennuens quae sapientia uidentur  
et fortia, quia sicut scribit Paulus apostolus doctor egregius  
quod stultum est Dei, sapientius est hominibus,  
et inbecille Dei, fortius est hominibus. et confestim  
iterum dixit: quae stulta sunt huius mundi elegit  
Deus ut confundat sapientes, et infirma mundi  
elegit Deus ut confundat fortia, et ignobilia et  
contemptibilia mundi elegit Deus, et quae non  
sunt tamquam quae sunt, ut ea quae sunt destru-  
eret. quin etiam salutem celerem misericors cupiens adhibere

14 cf. I Cor. 1, 25

16 ibid. 27 seq.

1 *post inferis ras. 4 litt. H*      *consuetudo P*      *magestatis P*  
2 *imperii B*      3 DE ELECTIONE APOSTOLORVM *RHv* (piscatorum)  
exinde *H Par. Gall.*      4 *accitas H, accito<sup>f</sup> B*      *qui P*  
*lubriã H*      5 *sectanti P*      *notantes PH*      *uias fluctuantes*  
*H*      *ponte P*      6 *per] supra l. m. 2 P*      7 *conc\*iauit H,*  
*contiauit I*      *generosa H*      *generosae prosapiae Par., gene-*  
*rosa prosapia Col. Gall.*      8 *tr\*enae H*      *nec\*nit\*ore ruditate*  
filia cunctantes credere quae uidebant, subitaeque rei iucunditate permoti gaudio lacrimis plus perfusis genus mutauere plangoris.

- 12** Inde peracta recidiuae lucis operatione discedens duos conspicit uiros amissis luminibus sauciatos, talibus paene uocibus deprecantes: miserere nostri, fili Dauid. illam scilicet misericordiam postulabant, ut noctem remouens caligantem extinctis diem uultibus reformaret. quam tutum credere, quam sanum est in Deo studiose confidere! corde siquidem iam uidebant qui Christo gradiente lucis semitam sentiebant. tunc oculi maesta supplicum caecitate compressi, uelut oleo torpens ignis infuso, tactu micuere Dominico dextraque serenitatis applicita suis lucernis radiarunt ora uidentia.
- 13** His itaque uix dimissis alius morbis et triplicibus oblatus est inbecillis, qui uoce desertus, uacuatus auditu, per inania raptis usibus membra, plenus solo uidebatur esse daemonio. hunc uersis in contrarium causis Dominus ilico sic curauit, ut daemonio uacuasset eiecto, uoce pariter et auditu repleuisset infuso.

6 Matth. 20, 30

1 cunctantes *P* que *P*<sup>1</sup> subiteque *P*, subita<sup>2</sup>que *H*, subitoque *B* iocunditate *PRH*<sup>1</sup>*B* 4 DE DUOBVS CAECIS *R*, de duorum sequentium atque clamantiũ illum natione cecoĩ *H*, duos caecos curat *v* 5 ac missis (c *exp. m. 2*) *P* sauciatos *PB* 7 deprecabantur *Hv*, deprecabant *PB* caligantem *P* 8 ex<sup>3</sup>inctis *H*, ex cunctis *v cf. v. 145* totum *P*, tutum est *v* 9 studio intendere se confidere *H* 10 uidebat<sup>4</sup> *B* gradientẽ *P* 11 mesia *P*, mestã *H* supplicum *P*, supplici<sup>5</sup> *H*, suppliciũ (li *in ras. m. al.*) *B*, supplicii *v* compressi torpens signo infuso tactum *P* 12 torquens *H* igni *RH cf. v. 149* hic uere *P* sorenitatis (e *a m. 2*) *P* 13 applicata *B* lucerna *H* 14 DE MVTO ET SVRDO *R*, de demoniaco surdo mutoque curato *H*, demoniacum surdum et mutum curat *v* uix] *eras. in H* oblate *H* 15 uacuatus\* (ẽ *eras.*) *H* inania\* *H* 16 demonio *PHB* 17 uersis *PR* (i *ex u*), conuersio *HBv* <sup>causis</sup> *f* *causi* (corr. *m. 2*) *P* 18 e<sup>6</sup>iecti *H* auditu\*<sup>7</sup> *H* repleuit et *P*

Nec cunctatus duodecim quoque discipulis tantundem tradere 14  
 potestatis iubet eos omnia posse perficere, quae uideant se  
 fecisse, totisque uirtutibus opulentos mittit ad ouium indagi-  
 nem perditarum, domus scilicet Israhel, quia necdum per  
 5 omnes iugiter gentes huius nominis disperserat dignitatem.  
 euntes ergo, sic ammonet inter alia quae iubebat, praedi-  
 cate dicentes: quia adpropinquauit regnum caelo-  
 rum. infirmos curate, mortuos suscite, leprosos  
 mundate, daemonia eicite; gratis accepistis, gra-  
 10 tis date. tamquam si diceret pastorali Dominus cura solli-  
 citus: ego uobis operariis utpote sollertibus commendo cautius  
 greges bonus pastor existens, pro quorum uictuali solacio  
 proprii iuris agros impertio: nullus itaque meis agnis et  
 ouibus uendat pascua meae potestati subiecta. quod ideo prius  
 15 apostolicae tradidit disciplinae, ut ab eorum dehinc magi-  
 sterio propagata in posteros deflueret sequentis aevi doctrina,

6 cf. Matth. 10, 7. 8

1 VBI MISIT XII APOSTOLOS AD P̄DICANDVM R, de potestate curati-  
 onum discipulū data H, Verba Christi ad apostolos v post disci-  
 pulis ras. 3 vel 4 litt. in H 2 potestates B quae om. H  
 uidebant Bv 3 \*mittit (a eras.) B indagine P 4 perdi-  
 torum H neodum B 5 disperseret H 6 autem B  
 amnet P, ammonet RHB ali<sup>a</sup> (a s. l. m. 2) H iubebat  
 (corr. m. 2) P 7 adppinquabit R, adpropinauit H, ppinquabit B,  
 propiauit v 8 suscitare P lepsus PH<sup>1</sup> 9 demones H,  
 demonas v eiecta P 10 sic R post diceret, a eras.  
 in H cura Dominus B 11 utpute H<sup>1</sup>B solertibus (1 s. l.  
 m. 2) H, solertibus Bv cau\*tius (s eras.) P 12 solatio (corr.  
 m. 2) P 13 ruris (r<sub>1</sub> ex i m. al.) B annos (g a m. 2) P,  
 agnos B nulli H 14 uendit<sup>at</sup> (corr. m. 2) P pascuę P  
 meae P, mea H potestatis PR ubi sectam P 15 abpo-  
 stolicae P disciplenae H magesterio P 16 posterus (corr.  
 m. 2) P ppagatā H posteris H aeu] sequi P

sicut ex uno paradisi fonte quattuor leguntur amnes erumpere, de quorum tractibus deriuata per totius mundi limitem flumina uagantur innumera. quisquis itaque deitatis opus exercet, quod non proprium gerit, sed spiritali dignus traditione suscipit, puri muneris gratiam consecutus, puri muneris gratiae sit deuotus, 5 ut dispensator potius quam uideatur esse mercator et cantico Dauiticae iucunditatis impleto spem sibi uitae sic pronuntiet adfuturæ: quia non cognoui negotiationem, introibo in potentiam Domini. nullus namque sine Domini largitate potest habere quod ministret aut unde dona 10 distribuat, si non acceperit quae dependat. Paulum audiamus apostolum similiter haec dicentem: sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei. hinc iam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. et iterum monet idem doctor et 15 dicit: quid autem habes quod non accepisti? quodsi 15 si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?

Synagogam deinde Dominus cum fuisset ingressus, cernit inualidum stupore dimensi corporis mancum, membris seminecem sauciatis, totum nec uiuere nec obire, cuius arentem

11 cf. I Cor. 4, 1. 2

15 cf. ib. 7

1 sicut—tractibus *om. HBv* (sicut *coni. Gall.*) paradisi *R*  
leguntur *s. l. R<sup>2</sup>* <sup>amnes</sup> *aues* (*corr. m. 2*) *P* 2 deriuata (*e a m. 2*) *P*,  
deriuata *B* 3 innumera *B* 4 traditione *s. l. P<sup>2</sup>* 5 <sup>pur</sup>numuneris (*corr.*  
*m. 2*) *P* gratiam—muneris *om. B* sit *P*, *om. H*, fit *Par.*  
6 dispensat<sup>or</sup> *P* 7 pronuntiat *P* 8 adfuturæ] ad *s. l. R<sup>2</sup>*, affuturæ  
*HBv* qui\* (*a eras.*) *H*, *om. Bv* negotiationes *Bv*  
8 potentiā *P* 10 habere famulis *Hv*, famulis *B* minister *P*  
donantis\*tribuat (*s eras.*) *P*, d. distribuet *HB* 14 hic *HBv*  
post dispensatores *ras. 1 litt. B* queritur *PH* in *H*  
16 quodsi accepisti *s. l. P<sup>2</sup>*, *om. B* (*in mg. m. al. cepisti*) 17 glo-  
riatu<sup>ria</sup> (*ris a m. 2*) *P* quasi qui *Bv* non *om. H* operis  
*P* 18 DE EO QUI HABEBAT MANVM ARIDAM *R*, de manu arida in  
sinagoga ilico restituta *H*, Aridam homini dexteram Dominus reddit  
*v* deinde] *de<sub>2</sub> s. l. R<sup>2</sup>* 19 demersi *H* 20 obedire (*corr.*  
*m. 2*) *H*

dextram pigri torporis glacies amputarat, desperatis usibus iam positam. tunc imperioso potenter auxilio palmam neruis cessantibus alienam in calorem sanguinis uenarum motibus animari non arte praestitit, sed iubendo concessit dicens: 5 extende manum tuam, et extendit manum suam, et restituta est ei sicut et altera. uere Dei munus istud est singulare, quod incessanter exercet qui humanae saluti nihil adimit et semper uniuersa restituit.

En iterum lubricus adest ille chelydrus et noxius instaurator 16  
10 rator ad dolos artium uetustarum, qui liuido ueneno fellis uberrimus, tabo pinguescere gaudet humano, quodque per multos alternis passionibus occupatos saepe uirus effudit, in unius totum membra saeuendo congessit, cui mentem rapuit, uocem clausit, lumen extinxit, triplicesque simul clades innectens 15  
15 mutum caecumque compulit insanire. huic misericors totius mundi Saluator, lux nostra, sermo genitoris, obsceno spiritu proturbato uisum reddidit, os mutauit; perque uerbum uerba proficiunt, per lumen lumina reuiuiscunt.

Mulier quoque uenerat sospitanda, ueteri magis contracta 17  
20 morbo quam senio, gestu tremula, gemitibus anhela, scapulis

5 cf. Matth. 12, 13

1 dexter *P* corporis torporis glacies (c a m. 2) *P* amputare<sup>t</sup>  
(t a m. 2) *P*, amputaret *H*, amputauerat *v* 2 sopitam *Bv*  
palmam] mā in ras. m. 2 *P* neruis] meruit *v* 3 aliena *P*, alienum  
*v* 4 animali *P*, amari *H* 6 restitua<sup>t est</sup> ei (t, est a m. 2) *P* ei  
*om.* *H* et *om.* *Bv* 7 est istud *v* salutis *H* 8 nil *Bv*  
destituit *P*, restituet *H* 9 DE MVTO CAECO ET SVRDO *R*, de ceci  
ac muti sanatione lunatici *H*, mutum & caecum factum a daemone  
Christus sanat *v* ille *om.* *R* chelidrus *P*, celydrus *R* r corr.  
in *B* 10 ad—uetustarum *om.* *Bv* ad dolosa... uetus.....  
*H* liuidi *R* 11 uberrimis *B* 12 occupatis *B* 14 clau-  
sit (sit ex dit m. 2) *B* extinit<sup>cx</sup> *P* innectens (ens in ras.) *P*  
16 obsceno (deinde ras. 5 uel 6 litt.) *B* 17 pturbato *P*, turbato  
*v* reddit *B* nouauit *HBv* perquae *H*, perquā *B*  
19 DE MVLIERE QVAM INCVRVAVERAT SATANAS ANNIS DECEM ET OCTO *R*,  
de erectione mulieris XVIII<sup>no</sup> curatae (XVIII anno in cap.) *H*, Mulier in-  
curuata sanatur uel erecta *v* 20 anela *B* scapulis (a corr.) *B*

curua, uultibus inclinata, semperque despiciens humilem cernua depressione tellurem. quae Domini uirtutibus alleuata post octo iuges annos ac decem membris erecta suspensis caelum tuetur ac sidera globumque solis ardentem aliquando reminiscitur se uidisse. quid differat idola colentes aduertite 5 inter Deum, quem fugitis, et daemonem, quem placatis, si placari tamen is possit, qui laedere non desistit. omnes enim quos ille possidet opprimuntur, quos Christus iugo suauissimae leuitatis onerat alleuantur.

18 Inde cum populum in deserta sese prosecutum ut Moyses 10 typicus et propheta uerus aspiceret antiqua uictus sterilitate deficere, maxime mirandis antiqua solatia reparauit augmentis. tunc siquidem repentinam multae uolucris carnem, duorum modo piscium redundare fecit quantitatem; tunc uberrimum caelo manna diffudit, modo quinque panibus distributis totidem 15 uirorum milibus epulas abundare concessit. ceterae modus turbae delituit mulierum paruulorumque multitudine numerum non habente. quodque magis amplius admireris quisquis ista perlegeris, si necdum tibi nota didiceris, post expulsam saturatae plebis esuriem cophinos ablata duodecim fragmentorum 20 moles impleuit. nec tanta fuit copia cum daretur, quanta fuit in reliquiis iam fastidita cum tollitur.

1 despectans *Bv*      3 uices *P*      4 ac] *ex hoc B*      5 differet  
*H*      auertite *H*      7 ledere *libri*      8 opp̄mantur *P*      9 leni-  
tatis *P*      honerat *P*      10 DE QVINQVE PANIBVS ET DVOBVS PIS-  
CIBVS *R*, de duobus piscib: et quinq: panib: turbis pas<sup>ta</sup> *H*, In deserto  
duobus piscibus et panibus turbas pascit *v*      11 uerunt *P*      aspiret  
*Par.*      antiquae *v*      fort. uictum      sterelitate *B*      12 maxime  
mirandis antiqua *scripsi*, maximus antiqua *P*, maxime miranti|qua *R*,  
maxime miranti antiqua *H*, maximis antiqua *Bv*      solatio *P*      au-  
mentis *B*      13 fort. carnem dedit *cf. Carm. v. 211*      14 modo duorum  
*BHv*      fecerit *PRH*      15 magno *P*      16 habundare *PHB*  
modo *H*, motus *v*      17 delicti ut *P*, dilituit *H*      paruullorum quae  
*P*, paruulorumque *HB*      multitudinem *HB*      18 habentem *PHB*  
iam mireris *P*, ammireris *RHB*      ita *H Col.*      19 perlegerit  
*P*      expulsa *P*      saturate *P*, saturitatē *H*      20 exuriem *P*,  
esurientem *H*      quofinos *P*      fracmentorum *PH*      21 condaretur  
*P*, c. daret *Hv*      22 reliquis *PH*      fastidiata *Bv (except. Arev.)*

Interea sub caerulosa aestuantis undae feruores oceano diem **19**  
suscipiente praecipitem, cum stellatae noctis proximum ue-  
sper pallidus nuntiaret aduentum, terris magistro residente  
discipuli marinum soli petiuere nauigium furebatque pontus  
5 expositam flabris aduersantibus in carinam. tunc umbrosae  
noctis quarta fere uigilia calcatas Dominus super undas  
obambulans, tumidos spumosi gurgitis fluctus placido compri-  
mebat incessu, sacraque Christi uestigia miti pelagus alluuione  
lambebat. mirantur nouum subito periclitantes aspectum,  
10 pedestri sub calle uias patuisse nauigeras. cunctisque nutan-  
tibus, utrum uere Dominus appareret, an oculos metu discrimi-  
nibus obumbratos incerta caliginis simulacra deciperent,  
Petrus fidei socius et amicus, cui familiaris gratia Christum  
semper agnoscere concedebat, ut ad eum pergeret postulauit.  
15 uocatusque nil trepidans in marina descendit, nulla refluente  
undae rapacitate submersus, qui Dominicae manus auxilio  
subleuatus potentis dexteræ tutissimum confugisset ad portum,  
perque uitreos salsi marmoris campos callem secuit, contra  
mentem pelagi uiator existens. o fidei crescentis augmentum!  
20 pridem retia pauperis contempsit, uitae solatium; nunc ipsam  
rennuit uitam, quatenus ueniret ad Christum.

I VBI VENIT AD DISCIPVLOS ABVLANS SVpra MARE *R*, de ambulatione  
dñi super aquas et de dexteram petri porrectione *H*, Super undas ambulanti  
Petro dextram Christus porrigit *v* caerulosa *PHBv*, cęruloſę *R*  
estuantiscinde *P* feruoris *Bv*, fort. feruore; caerula aestuantis unda  
feruoris *v* 2 suscipientem *P* 2 praecipitem *om. B* stellatae]  
si illa te noctis *P* 3 per p. *Bv* pallidum *v* 5 imbroſę *R*  
6 undas <sup>n</sup> *P* 7 sponđosi <sup>v m</sup> *P* fluctibus *P* cumprimebat *P*  
8 abluuione *Hv* lambebant *P* 9 periclitantis *P* aspectus  
*P*, aspectu *R* 10 nauiceras *P* 12 simulata *R* 13 potius  
*P*, saucius *v* 14 semper Christum *v* 15 descendens *H*  
16 inde *P* summersus *R*, submersis *H* dominice *P*  
17 confuisset *P* 18 falsi *H* maris *Hv*, marmoris *ex mari-*  
nensis *B* contra mentem *PB'v*, contrementem *RHB*<sup>2</sup> 21 qua-  
tinus *B*

- 20** Genesar igitur terram coetu comitante discipulorum relicta Dominus nauī calcabat, cuius incolae gratum suscipientes aduentum, suos diuersis languoribus impeditos ad diuinam sanandos praesentiam congregabant, ut fimbria saltim uestimenti eius adtacta morbis mederetur asperrimis. et quisquis meruit hoc potiri, compos factus est mox salutis. quam pretiosa fuit haec uestis! uel pretium magis ista non habuit, quae nullo uenundata commercio parui filii muneribus ipsa redimebat uniuersos.
- 21** Hinc Tyri Sidonisque praetereuntem regionis itinera mulier Chananaea pro filiae uitio anxiosa, quam spiritus ater insederat, suppliciter obsecrabat se canibus postulans exaequandam, qui dominorum mensas sagaciter non relinquunt, ut reliquias delambentes excussas cadentium micarum exiguitate pascantur. uox humillima, sed fides excelsa, quae filia sospite canem transtulit mox in ouem, inque sentibus suae gentis exortam Hebraei graminis fecit introire per pascua.
- 22** Alta dehinc iuga montis ascendens populo comitatus innumero milia claudorum pariter et caecorum, surdos etiam leprososque conuentus ac manibus inbecilles et quicquid aegrum uulgi confluerat, usum reformauit in pristinum suisque

1 VBI DESIDERANT TANGERE FIAM VESTIMENTI EIVS (mbri a m. 2) R, de cunctis in genesar infirmis curatis H, de miraculis factis in terra Genesar v terram—comitantem H discipulo P; post discipulorum lacuna 6 litt. in B 2 nau<sup>i</sup> B 3 diuersos H sanandas P congegabant (g<sub>2</sub> ex b) P fimbriam P saltem B 5 attacta R ad taceam orbis P 6 campos P 7 magistra non P nulla P 8 cōmertio libri 10 DE MULIERE CHANANEA R, de cananee filia a demone liberata H, Chananaeae filiam a uexante spiritu liberatam v p̄ter eandem P itinere P, itinera H 11 filia P, filio H<sup>i</sup> corr. m. 2 anxiosa scripsi, sautiata PR(?), sauciatae Hv, saucitatae B, sollicitata con. Hartel quum P uter P, aster (u eras.) H 12 exsequandam H 13 reliquid P, relinquunt RH 14 delabentes P excusas P pascuntur P 15 sospitae R 16 sensibus P 17 pascuam B 18 DE DIVERSIS LANGVORIBVS RH, millia aegrotorum a morbis liberata v comitatur P in miro P, innumera R, -ro s. l. m. al. B 20 et leprosos v manus B

neruis et motibus organa debilium statuit temperata membrorum.

Dumque mirabilis operatione uirtutis agmen refouet sauciatum, dies tertius decurrebat, et in locis arida siccitate ieiun<sup>23</sup> nis nullam uictus attigerat plebs defatigata substantiam, geminisque laboribus excitandum languens inedia nutriebat incommodum, si per callem redituris gressibus ingeminantem longam penuriae sarcinam populus sustineret exhaustus. qua miseratione flexus Omnipotens, qui semper largus panis est  
 10 indigentum ibique cibos impertit, ubi fruges sterilis necessitas abnegarit, paucis admodum modicisque pisciculis et septem panibus comminutis quattuor uirorum milia saturauit praeter feminarum agmen inmensum et paruulorum examen apibus coaequandum. utque magis aliud plus mireris, auctae  
 15 sunt epulae, dum uorantur, et cibos morsibus enutritos fecunda mensis detrimenta generarunt. expauit proprias fames fugitiua reliquias septem sportarum cumulis adgregatas, ubi tanti fragminis ubertate collecta uidit paruo de semine messem redundare multiplicem.

20 Quamuis autem humani corporis Christus a maternae generationis occasu membra uideretur ferre mortalia, latere tamen Deus esse non potuit, quia nec ciuitas in capite montis absconditur constituta, nec ardens cauo ponitur lucerna sub modio, sed altius eleuata uiuacis flammae substantia lumen

1 statuit] s. l. R      teppera tambrorū P      temperata m. B      3 DE  
 SEPTEM PANIBVS ET PISCIBVS PAVCIS RH, septem panibus et paucis  
 piscibus pasta multa hominum millia v      sauci\*stū B      4 arida]  
 da corr. in la B      ieiuniis P      5 atigerat P, adti\*gerat H<sup>1</sup>,  
 atti\*gerat B      plebs] s. l. B      6 gemmisq; H      langues H  
 7 calem P      ingeminantem] Hartel, imminentem libri      8 penuriam  
 H      sustentaret P      exaut' P, exausus H, exhausus I      9 largus  
 ~ P      10 indientum P, indigentium B      cibus R      ibique] ubi  
 v      steriles R, sterelis H      11 abnegaret PR, abnegarat B  
 ammodum HB<sup>1</sup>      et septem panibus om. P      12 cumminutis P  
 milia uirorum Hv      14 apic' P      mirens P      15 morantur H  
 contritos conī. Hartel      fecundae P      16 generant' P, generarū  
 B      fugitiuas P      20 DE TRANSFIGVRATIONE IN MONTE RH, in  
 monte Dominus transformatur v      humani] ras. in H      24 set  
 H<sup>1</sup>, corr. m. 2      flām\*ae (m eras.) H

omnibus administrat. tribus namque discipulis secum testibus  
 in excelsa montis abductis speciem suae gloriae transfiguratus  
 ostendit et uelut igneus solis radiauit aspectus, niuis candorem  
 uestibus imitatus. cur nero diuinae maiestatis splendidi-  
 5 dissimam claritatem, quam nullius aspectus potest acies intueri,  
 solis et niuium figurae uisibili prudentissimus euangelista  
 contulerit, ratio manifestior edocebit. nihil est in hoc mundo  
 siquidem sole clarius, niue candidius, et ob hoc illud specimen  
 summae diuinitati ratus est conferendum, quia nihil ultra mor-  
 talibus oculis probatur esse concessum. in tantum namque 10  
 Domini fulgor ille praecipuus et solem superabat et niues, ut  
 solem quidem niuesque conspiceri facile cuilibet obtutus subpe-  
 ditet, Christum uero propriae lucis claritate fulgentem cum  
 nequirent apostoli cernere, pronis in terram uultibus concid-  
 15 dissent. o sublimium meritorum grande fastigium, quibus  
 data sunt haec in mundo cognoscere, quae mundus non mere-  
 batur aduertere! quid quod et Heliam nihilominus ac Moysen  
 corporalibus ignotos aspectibus oculis interioribus cognouerunt,

1 amministrat *PB*, <sup>am</sup>ministrat (*am a m. 2*) *R* post tribus, n  
 eras. uid. in *R* 3 uelud *P* igne|is *R*, fort. ignei 4 immi-  
 tatus *B* magestatis *R* splendissimam (*di a m. 2*) *P* 5 cari-  
 tatem *B* nullus *R*, nullus *PB* 7 manifestatiore *P* doce-  
 bit *HBv* nobis est *P* 8 siquidem in hoc *HBv* carius  
*B* candidus *P*, candidus *B* speci\**e*\* *H*, speci\**m*\* (*e eras.*)  
*B* illius speciem—conferendam *Col.*, illud speciem conferendum  
*Par. Gall. cum adnotatione: Legendum uidetur* illud speciei (*scilicet*  
*tum solis, tum niuis*) — conferendum 9 diuinitatis *Arev.*  
 sup̄me *P* diuinitatis *P Arev.* qui<sup>a</sup> *PB* mortalibus  
 ultra *HBv* 10 probatum *R* concessum] *c<sub>2</sub> ex i R* 12 facite  
*P*, facere *H*, facili *B* optutus *P*, obtutu *H Par. Arev.*  
 suppetit et *P*, suppeditet *Bv* 13 lucis] *s. l. R<sup>2</sup>* claritatem *B*,  
 -tē (*~ eras.*) *H* 14 p̄nus *P* terra *B* conciderunt *Par.*  
*Gall. Arev.* 15 sublimium *H* grade (*n a m. 2*) *R* fastidium  
*P* 16 cuius date *P* merebat *Hv* 17 quicquid *P*, qui<sup>d. c.</sup>  
 (*corr. m. al.*) *B* Moysem *v* 18 ignotos (*o m. al.*) *B*

ut maioris fidei ueritas innotescens illum  $\alpha$  et  $\omega$  id est initium esse finemque monstraret? ad quem tales prophetae uisi sunt conuenisse, quorum alter adhuc uiuaci senio perfruatur, alterius finalis luminis metam nullus humanae sortis cursus excedat, 5 sidereiue sermonis oraculo caelitus prorogato, cum dicit: hic est Filius meus dilectus, in quo bene conplacui, uerbo docuit Christum uox paterna progenitum.

At postquam corporeum Dominus resumpsit aspectum carnis- 25 que uelamine rursus aetheriam praetexit effigiem seque 10 palam populis demonstrauit, quidam repente uir humilis, genibus inclinatus, maerore deiectus, supplicans sic orabat: unicus mihi, Domine, superest filius, si superesse dicendus est in confinio mortis uitaeque suspensus, quem spiritus nimium debellat inmundus eumque dilacerans aut flammis exurere 15 aut in aquis nititur molestis frequenter extinguere, multisque fatigato periculis terminum machinatur extremum. hunc, oro, depulsa mentis insania mihi redde uel sibi, ne potestas inimica luci et caeca misero uitam subtrahat desperatam. haec adhuc fletibus ille gemituque fundebat et Dominus pio iam 20 pectore puerum sospitabat. tunc praedo furibundus et turbidus, qui male tractatam iuris alieni fabricam diu uexauerat, peruasae

5 cf. Matth. 17, 5

1 maiori<sup>f</sup> R innotescens (ns m. al. in ras.) B  $\alpha \omega$  P,  $\alpha$  s.  
 l. H, a et  $\omega$  in ras. B 3 uici (ua a m. al.) B 4 finalem v  
 sortis] o ex e B excedatur<sup>o</sup> sus (o a m. 2) H, excedat cursus  
 Bv 5 prorogata P, p ex p̄ B 6 filius om. P quo mihi  
 B 7 uox s. l. R<sup>2</sup> 8 DE VNICO FILIO A QVO DAEMONIVM EIECIT  
 RH (at R post demonstrauit inscribit), fugatum daemonem a corpore  
 pueri v ad P dñs corporeum P 9 protexit v neque  
 RH (cf. Matth. 17, 14 et cum uenisset ad turbam) 12 super H  
 superesse] superest R 13 ante mortis ras. 1 litt. in B ni<sup>m</sup>ium  
 (l eras.) B 14 debellauit RH dilacerans om. H flamis  
 sexurere P 15 in om. R <sup>a</sup>quis H molestis cm. R, fre-  
 quenter molestis P 16 ore I 18 subtraham P, subtraat<sup>b</sup> B  
 19 fletibus (t ex b) R gemitumque B fudebat P 20 tor-  
 ridus P 21 mala P tractam PRH, fort. tactam auxerat  
 H, uexarat v (uexerat Col.) peruersae v

domus habitaculo migraturus, in iram stimulatur accensam correptaque membra discerpere Domino uetante non praeualens in inferna puero peruolauit inlaeso.

- 26** Rex etiam qui solus est regum et dominus probatur esse dominantium, tributum non dedignatus inferre caesareum, de 5  
marinis fluctibus piscantem Petrum iubet erigere natantem didragmatis aurei portitorem. tunc mobilium uelox habitator undarum uorauit tremulas hami decipientis insidias, a genuinisque aequoribus calamo flagellante suspensus piscisque uilissimus diuitem deferens pensionem pluris ualuit honore 10  
ponderis alieni quam proprii. quantum hoc nihilominus facti suae nos Christus imitatores esse uoluit doctrinae, qui cum rennuere posset indignam huius praebitionis iniuriam (utpote cui nihil erat sociale cum plebe, nisi ut salutaribus cunctos beneficiis adiuuaret), maluit superfluum munus exsoluere, quam 15  
petenti cuilibet aliquid abnegare, ut iustitiae conditor et magister, qui dixit: omni petenti te tribue, primus instituta suae legis impleret.
- 27** Cumque simpliciter, ut solebant, eum percontarentur apo-

17 cf. Luc. 6, 30

1 habitaculum *R*, sed cf. v. 309      2 uitante *P*      p̄uolens *P*  
3 infena *B*      4 DE TRIBVTO PRO SE ET PETRO *RH*, tributum sol-  
uere Caesari Christus Petrum iubet *v*      dominus et *B*      5 cen-  
sureum *P*      6 maris<sup>ni</sup> (ni a m. 2) *R*      erigerere *B*      7 dragmatis  
*H<sup>2</sup>v*, *Gall*: Legendum didrachmatis ex ipso *Sed. III 316*      aureq;  
*P*      potitorem *P*      mobilior *PH<sup>1</sup>B Par. Arev.*      8 uorauit]  
s. l. *R<sup>2</sup>*, uorami *P*      tremulus *P*, tremula *B*      ami *P*, fami *B*  
decipientes *B*      a gieiunis *P*, genuinisque *R*, genuinis\*\* (et?) *H*  
10 ui\*\*lissimus (ci eras.) *H*      11 pprio *P*      factos *P*      12 immi-  
tatores *B*      uoluit esse *Hv*      13 possit *RH<sup>1</sup>* (corr. m. 2)  
ututpote *P*, utputa *R*      14 faciale *P*      con *H*      16 negare  
*HBv*      iustitia *P*      17 te] s. l. *R<sup>2</sup>*, om. *Hv* (exc. *Gall.*)  
18 institutas † legis *P*      19 VBI INTERROGATVR A DISCIPVLIS QVIS  
(QVI *H*) SIT MAIOR IN REGNO CAELORV̄ *RH*      interrogato Domino quis in  
regno caelorum maior sit, respondit esse humilem *v*      eum om. *B*  
percunctarentur *RHBv*

stoli qui maior in caelorum posset regno censi, tamquam  
 Deus doctorque mirabilis omnibus humilem respondit esse  
 potioem, cunctosque praecellere qui cunctis sese nouissimum  
 praestitisset, uelut puer infantulus, quem spiritalis exempli  
 5 gratia tenebat in medio constitutum, aei scilicet pusilli uel  
 teneri, sectandum praecipiens ingenium, non aetatem, quoniam  
 anni uidelicet infantiles exiguae paruitatis nec mundanae pom-  
 pae quid diligunt, nec honoris ambitione tanguntur, nec tumore  
 superbi fastus inflantur. ideoque uitae simplicitas inclinatae,  
 10 quantum uicina fit solo, tantum uicina fit caelo: mens enim  
 uergens erigitur, erecta diuergitur; inferiorque cordis incessus,  
 quo descendere nititur, sublimatur. humilem namque Deus  
 et pauperem de stercore erigit et potentum societati con-  
 iungit: ceruicem diabolicae uero superbiae de caelesti digni-  
 15 tate praecipitem in squaloris tartarei profunda deiecit. ita  
 namque lectio diuina proloquitur: humilibus Deus dat  
 gratiam, superbis autem resistit. et iterum similiter  
 memorans dicit: suscitans a terra inopem et de ster-  
 core erigens pauperem, ut collocet eum cum prin-  
 20 cipibus populi sui. omnis enim paupertas humilitatis est  
 socia. audi Salomonem dicentem: paupertas humiliat

16 cf. Iac. 4, 6

18 Psal. 112, 7. 8

21 cf. Prov. 10, 4

1 quis <i>HBv</i>	regnum posset <i>B</i>	2 quā <i>P</i>	omni
<i>B</i> esse] s. l. <i>B</i> <sup>1</sup>	3 esse <i>HB</i>	5 silicet <i>pulsilli P</i>	
cumque—pusilli <i>in ras. m. 1 B</i>	6 teneris <i>B</i>	ingniū <i>B</i>	
aetate <i>P</i>	7 an**** <i>H</i>	infantil** <i>H</i> , infantilis <i>B</i>	exigui
<i>PI</i> , exigu* <i>H</i>	8 qui <i>PHI Col.</i>	tumore* (s <i>eras.</i> ) <i>H</i>	
9 superni <i>PR</i> <sup>1</sup> ( <i>corr. bi m. 2</i> ) <i>B</i>	10 tantum tantum <i>P</i>		
tam fit uicina <i>v</i>	11 uergit <i>P</i>	diuergitur <i>R</i> , deuergitur	
<i>HBv</i> , deuertitur <i>P</i>	12 quod <i>P</i>	descenderent <i>P</i>	13 sor-
dibus <i>HBv</i>	potentem <i>P</i>	societate ( <i>in ti corr. m. al.</i> ) <i>B</i>	
14 uere <i>v</i>	de] <i>eras. H</i> , <i>om. Migne</i>	15 squalore <i>H</i>	squa-
lorestantarei <i>P</i>	17 similiter memorans dicit s. l. <i>B</i> <sup>1</sup>	18 de ster-	
corem <i>P</i> , de*** stercore <i>B</i>	19 cum princib: cum princib: <i>H</i>		
20 nim paupertas humilitas <i>in ras. B</i>	est] <i>om. Bv</i>	21 pau-	
patas <i>B</i>			

uirum. sed parua nimis exiguaque referimus, si per singula diuinitatis facta currentes specialiter reuoluamus, quae nullis explicanda sermonibus generaliter innotescant.

1 que] *om. P*, quae *H*      2 currentes *om. P*      reuoluamurq; *P*      3 explicande *P*      innotescunt *H*      EXPLICIT LIBER TERTIVS. INCIPIVNT, CAPITVLA LIBRI QVARTI *sequuntur capitula. f. 56<sup>a</sup>* EXPLICIVNT CAPITVLA. INCIPIT LIBER QVARTVS *P*, EXPLICIT LIBER TERTIVS. INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI QVARTI. *post capitula* EXPLICIT DE CAPITVLIS. INCIPIT LIBER QVARTVS DE MIRABILIBVS QVAE FECIT TRANS IORDANEN *R*, EXPL̄ LIB. II. INCIP̄ CAP. LIBRI ·III· *post cap. f. 55<sup>b</sup>* EXPLICIVNT CAPITVLA *H*, *om. B*

---

## LIBER QVARTVS.

Iam cum Iordanis denuo fluenta transgrediens Iudaeae I  
 semitam praeteriret, passim uulguſ inmenſum, et cateruas ab  
 omni uarietate languoris ſine nomine curauit innumeras, infir-  
 mos accipiens et incolomes remeare concedens. nil igitur  
 5 ſummo conferre difficile eſt de ſe ſperantibus Deo, cui facultas  
 prona ſubpeditat ardua planare, curua dirigere, quod eſt  
 ſuperbos ad humiliora deponere, errantibus ſemitam demon-  
 ſtrare. Eſaias namque propheta magnificus ita noſcitur  
 elocutus, Chriſti cum denuntiaret aduentum: et erunt,  
 10 inquit, praua in directa, et aſpera in uias planas.  
 numquid de ſaxis aut ſentibus aut inflexis uiarum prophetauit  
 anfractibus, cum Chriſtus ad ſaluandum uenerit mundum non  
 in ſiluis et montibus, ſed humanis gentibus conſtitutum? hoc  
 eſt illud etiam uox clamantis in deſerto, quod am-  
 15 monet: parate uiam Domino, rectas facite ſemitas

9 Is. 40, 4      14 ib. 40, 3      15 cf. ib.

1 Nam libri eum P denuo Iordanis v iudeam p̄teriret.  
 semitam P 3 langoris P Par., langoris (u a m. 2) H, -is ex es B  
 4 incolomes PRH<sup>1</sup>, colomes B, columes v 5 domino Hv  
 6 prona] om. B ardua] adnotat Iuretus: existimo ita emendari  
 oportere, pro quo habebat v. c. curua dirigere: quae postrema lectio,  
 quamuis ferri possit, minus tamen apta est. nam curuum directo hic  
 opponere uoluit. non apparet quid uoluerit. 8 hesaias P, Isaias  
 v et agnoscitur P 9 Chriſti] Hebrei P erunt R 10 in-  
 quid P, om. HBv 11 aut] au P inflexibus P uiarum]  
 rum pro in ras. H<sup>1</sup> 12 mundum] dum P nan\*\* (corr. m. 2)  
 H 13 in om. v 14 que B, quae v ammonet PR, am-  
 eras. in H, mouet B, monet v 15 parare HBv parare—  
 facere Par. Gall. Arev.

eius, uiam scilicet cogitationum et semitas uoluntatum, qua Dominus ad mundi cordis habitaculum recto gradiatur ingressu. cogitationes etenim et uoluntates uiae sunt operum, quae bonum cuiuspiam siue malum praecedere uidentur effectum. quicquid ergo uis denegat naturalis, diuinae facillimum sub-  
 2 iacet potestati. namque belua camelus inmensa sicut foramen acus exiguum pro tanti corporis mole non potest transmeare, sic opulentus diues et tumidus nequiret ad regna caelestia tenuem angusti callis introire per portam, nisi rerum prouidus gubernator, qui totum lege continet nec tenetur ipse sub  
 10 lege, quem nulla umquam facies aspicit, sed ipse cuncta semper intendit, motos hac condicione discipulos talibus fouisset alloquiis consolator: apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilis sunt; non omnibus quippe diuitibus patrimonium sui census est oneri, sed  
 15 qui propriae malus est rector ubertatis. nam cum dicit Dominus per prophetam: aurum et argentum meum est, ostendit malum non esse quod eius est, si operarius illud bonus habuerit; nihil etenim differt, utrum bonis quis operibus nil dependat, an plurima malignis effundat. ille siquidem  
 20

13 Matth. 19, 26

17 cf. Ioel. 3, 5

1 scilicet cognitionum *v* uoluntatum (m *exp. m. 2*) *H*, uoluntatum *B* 2 gradiatur *v* 3 uoluntates (m *exp. m. 2*) *H*  
 uie *P*, lacuna in *B* 4 bonam *P* 5 naturaliter uis d. *v* 6 potestati *om. R* DE COMPARATIONE DIVITIS ET CAMELI *R* (*P in cap.*),  
*om. rell.* camelis *R*, camel *H* inmensa *P* 7 aquas *P*  
 8 si<sup>o</sup> (*c a m. al.*) *B* opulentur *P* timidus *B* nequiret  
*PRB*, nequi\**t* *H*, nequit *v* 10 legem *P* 11 facias *P*  
 apicit *H* ipse\*\* (*se eras.*) *RH* 12 motus *H* ac *P*  
 fouisset *P* 13 socioconsolator *B corr. m. 1* 15 quoq; *P*  
 succensus est meri *P* oneris *Hv*, honeris *B* 16 qui s. l.  
*R*, illi qui *v* ppria *P*, proprie *R* rector est *Hv*, est  
*om. B* cum/// (*quod eras.*) *H* 17 pphetam *R* 18 non esse  
 malum *HBv* ei *P* eius\*\* (*ei' eras.*) *R* operarius si *R*  
 19 bonum *R* nil *B* 20 nihil *H*

suas tuto seruat opes et collocat, caeloque thesauros occultit  
 ac recondit, ubi non edacis tineae, non aeruginis scabrae  
 quicquam morsus absumit nec furibus ad furandum aditus  
 reseratur effossus, qui ieiunis cibum, sitientibus potum, pere-  
 5grinis ministrat hospitium, maestos solatur in carcere, fouet  
 aegros in corpore, cunctisque largissimus sibi tantum pauper  
 est et egenus. nec dubitare quis debet illam prorsus in cae-  
 lum substantiam peruenire, quae sub uilissima pauperis forma  
 Christo probatur impensa, quae detrimentis augetur, spargendo  
 10seruatur, perit ut maneat, uitam mortua repraesentat.

Interea dum populo Dominus comitante uallatus Hiericho 3  
 fuisset egressus, duos oculis captos aspicit considentes in  
 aggere, reddi sibi lumina postulantes. petebant itaque consi-  
 dentes, quia gressuum mobilitati confidere tenebrae reluctantur  
 15aduersae. nec cunctata uel paululum uirtus illa pietati nil  
 abnuens, quae salutem consuevit inferre, qua fidem sentit  
 ardere, diurno lumina somno compressa uigili repente tactu  
 perexcitat claustraque latentium sub fronte reserans fenestra-  
 rum intrante protinus die noctem reppulit caligantem.  
 20 Hinc sacra templi per moenia rursus obambulans caecis 4

1 tuto (u ex o) B qui coelo v thesauros P occultat  
 Bv 2 recundit P edaces RH, ædates B nec H(?)v  
 aerugini R 3 absumit P 4 effossis H quicquid ieiunis P,  
 ieiunus B 5 ospitio mestos P consolatur R foues P  
 7 prorsus (r ex p m. al.) B 8 quod P 10 seniatur P mor-  
 tuam repraesentat B 11 DE DUOBUS CAECIS R, de duobus cecis H,  
 duorum caecorum curatio v comitante P uallatur P hie-  
 richū R, hieri//// lacuna 3 litt. B 12 ingressus PH cf. Matth. 20,  
 29 s. aspicit B considentes PRB 13 petebat P ita v, ras.  
 in H confidentes Bv, ////fidentes H 14 quia] eras. H, q. B,  
 om. v gressū B, gress\*\*\* H mobilitate H, cum mobilitate v  
 considerare sed v, ras. in H reluctantur H (re eras.) Bv 15 cuncta  
 P 16 abluens PH quā B, fort. quae cf. Carm. 17 con-  
 praessa H repente P, repente R 18 perexcitat P fenestrā  
 P 19 pepulit HBv cagantē R 20 IN TEMPLO CAECOS ET  
 CLAUDOS CVRAUIT RH, De ficu quae aruit Domini iussione v

5 dedit aspectum, claudis reformauit incessum. post haec nobi-  
 lium monumenta uirtutum, Dauiticam deserens ciuitatem,  
 uenerat in loca Bethaniae, dieque remeans subsequente ad  
 eius urbis denuo tecta pergebat. ficus haud procul a semita  
 conexis frondium uelamentis umbrosa, cuius in robore cum 5  
 nullum penitus pomum Dominus carnaliter esuriens inuenisset,  
 inhumanos arboris ramos non maledicto sauciat, sed praecepto  
 condemnat increpans sic in eam: numquam ex te fructus  
 nascatur in sempiternum. confestimque ficulnea sucis  
 uiduata subtractis, infecunda protinus et deformis comarum 10  
 posita dignitate peraruit. non tamen haec accipiamus ad litte-  
 ram, licet manifesto credantur impleta, quoniam spiritali-  
 bus causis conuenit lex diuina. quid enim materies sine  
 sensu peccauerat? praesertim quae fructum, sicut Marcus  
 euangelista commemorat, incongrui ratione temporis non 15  
 habebat: nisi ad instructionem Dominus nostrae utilitatis hoc  
 ageret, qui factorum sermonumque parabolis uitale nobis iter  
 ostendit. omnis igitur humanae conuersationis industria, quae  
 Deo nil studet nutrire quod placeat, tamquam pigri stipitis  
 arbor inutilis, plena fronde, non germine, lignis aequabitur 20  
 concremandis, quemadmodum et illa ficus infructuosa con-  
 sistens, quam dominus uineae qui eam plantauerat praeci-  
 piens amputari sub unius anni dimisit indutiis, ut, si fructum uel

8 Matth. 21, 19      14 cf. Marc. 11, 13      21 cf. Luc. 13, 6 s.

1 glaudis *P*      reformare *H*      ceci<sup>f</sup> *R*      incensum conso r.  
 (sic) *P*      DE ARBORE FICI *R*      2 monimenta *RH*, -ni ex nu in *B*  
 uir<sup>cu</sup> dauiticam (cū a m. 2) *P*      3 uenerat om. *R*      subsequent̃  
*H*      ad euar urbis *P*      4 ficus] sicut *P*      a *H*<sup>1</sup>, haud corr.  
 m. 2      8 in om. *B*      ex] in *Hv*      te] s. l. m. al. *B*      9 nascetur  
*HBv*      aeternum *v*      qui *B*      10 subtractus *H*      11 pera-  
 runt *H*      12 manifeste *H* (e, ex ae) *Bv*      13 diuina cognosci *Bv*  
 qui<sup>d</sup> *R*      14 praesertimq; *H*      15 incongrae *H*, incongrue ex in-  
 congruae *B*      natione *H*      18 ostedit *R*      21 quem ammodum  
*H*      ficus] sicut *P*      22 eum *P*      23 dimisit ut si fructum f  
 industriis sero *P*

sero redderet, permaneret, alioquin merito iam periret. at uero iuxta canticum psalmi dicentis: iustus sicut palma florebit et sicut cedrus, quae in Libano est, multiplicabitur.

5 Exin oblatus est ei quidam cum furoris incommodo sermonis 6  
quoque subiacens detrimento, cui praeclusis faucium spiramentis nulla labiorum cymbalis uox sonabat, nihilque penitus ore denuntians tacendo mutam publicabat insaniam. sed conditor ille sidereus, infirma roborare consuetus, latronem angustiis  
10 anhelantibus imminentem a faucis obsidione decutiens, per aperta uocis itinera resolutae uinculis linguae plena reddidit loquaci libertate commercia.

Praeterea dum Pharisaei cuiuspiam postulantis propria 7  
Dominus sublimaret humilitate conuiuium, aderat properanter  
15 ingressa peccatrix mulier et famosa, quae multis delictorum uulneribus sauciata, uitam gerebat obscenam. Dominique corruens prouoluta uestigiis nec fletu proluere nec crinibus detergere nec pretioso quiescebat unguento pedes osculans inrigare, donec promulgata Dei sententia, quae cadentibus

2 cf. Psal. 91, 13

1 pmanere *P* an alioquin *R* iam *om. H* aut *P*  
2 salmi *P* 5 DE EO QUI VINCIEBAT' CATENIS *RH*, De muti curatione *v* fororis *B* 6 praeclusi *H* spirantis *B* 7 labrorum *P* nilque *R* 8 denuntians (a *ex e m. al.*) *B* tacende *P* muta *P*, mutuam *R* publica\*\*t (ba *eras.*) *H*, publicauit *B*, publicat *Par. Gall. Arev.* 9 sidereus (us *ex os m. 2*) *H* latron\* (ē *eras.*) *H*, latronum *Par. Arev.* angustis *HBv* 10 anhelantibus] *male v. c. Iur.*, anhelantibus *v* faucibus *H* 11 apta *B* itinera *om. P*, iti\*\*nera *H* resoluta *P* plæna *R* 13 DE MULIERE PECCATRICE *RH* (peccatrice *H et R in cap.*), de muliere quae lacrimis pedes Domini rigauit *v* pretere<sup>a</sup> *B* pharisei *RHB* postulandis *P* ppriã—humilitatē *R*, propria *om. H* 14 sublimare *P* couiuium *B* properante ingressu *v* 15 ingressu (u *corr. ex a*) *H* et *om. RH* 16 sauciata *H* obscena *P* denique *Bv* 17 corruens] *s. l. R<sup>2</sup>*, curuens *H* crin\*\*ibns (mi *eras.*) *H* 18 unguento *H*, unguento *B* 19 pmulta *P* quae] que *P*, quem *v*

manum dare non paenitet, si nos antiquae lubricum poeniteat  
iam ruinae, uerbis indulgentiam talibus relaxaret dicens: fides  
tua te saluam fecit: uade in pace. o quantum miseris  
opitulatur infirmis illud confessione detegere, quod absconditum  
fit letale! nutrit sua namque uulnera qui celarit et stimulo 5  
doloris insertam medico nudare neglegit plagam. ecce nunc  
femina diuturni contagio morbi polluta parui gemitus afflictio-  
ne purgatur suique gurgite fletus abluitur et lacrimis perfusa,  
capillis extersa discedit munda quae uenerat sordidata.

8 Ad urbem quoque Capharnaum nomine Dominus cum uenis-10  
set inque plurimo synagogae concilio caelestis populos edoceret,  
subito per humanae uocis ministerium corporale nequissimus  
ille diabolus talem fremuit in clamorem: quid nobis et  
tibi Iesu Nazarene? uenisti perdere nos? scio qui  
sis, sanctus Dei. moxque Domino minaciter dicente per-15  
territus atque deiectus: obmutesce et exi de homine,  
spiritus immunde, magno reboans cum mugitu, quo diuino  
se fateretur imperio uerberatum, reliquit humana praecordia,  
fugiens in auras non uidendus obscuras.

2 Luc. 7, 50

13 Marc. 1, 24

16 ib. 1, 25

1 penitus et si non <i>P</i>	paenitentiam <i>H</i>	2 tam <i>P</i>
relaxare <i>P</i>	4 informis <i>H</i>	deŕgere <i>P</i>
libri namque sua <i>v</i>	caelarit <i>P</i>	stimolo <i>B</i>
<i>P</i> , incertus <i>v</i>	neglegit ( <i>corr. m. 2</i> ) <i>H</i>	palمام <i>P</i>
turni] <i>om. P</i>	8 purbatur <i>P</i>	gurgite] e <i>ex i R</i>
damque <i>H</i>	sordida <i>v</i>	10 VBI P̄CIPIEBAT SPIRITIB. INMUNDIS VT TACERENT <i>R</i> , ubi preciebat spiritibus inmundis ut taceret <i>H</i> ( <i>n a</i> <i>m. 2</i> ), de daemone ab humano corpore fugato <i>v</i>
<i>B</i>	11 in qua <i>v</i>	plurimū <i>P</i> , plurimos <i>H(?) v</i>
caelesti <i>Gall.</i>	et subita per humana <i>H</i>	13 quid et tibi
<i>H</i> , quid /// tibi <i>B</i> , quid tibi et <i>v</i>	14 Nazarenæ ( <i>corr. m. 2</i> )	
<i>H</i>	perdere nos <i>s. l. m. a. B</i>	quis <i>Bv</i>
15 moxquæ <i>corr. m. 2 H</i>	minacitur <i>P</i>	16 adque <i>H<sup>1</sup></i>
ob-	excide homini <i>v</i> ( <i>except. Gall.</i> )	
17 com <i>P</i>	gemitu <i>B</i>	quod <i>P</i>
reliquit <i>PH</i>	19 diuidens <i>H</i> , uidendo <i>v</i>	18 uerberatū/// <i>B</i>

Similiter Dominus multis diuerse languentibus et uariae  
 cladis calamitate uexatis opem praestitit salutarem multaque  
 daemonia uerbo suae potestatis exclusa loqui penitus non sine-  
 bat, fidem maiestatis aetheriae tali dedignatus teste uulgari.  
 5 quippe uetus anguis ille tartareus, uitae perditor, mortis inuen-  
 tor, cum tota socialis pompae dementia totoque damnatae  
 militiae foedo satellite caelesti deiectus e culmine, Christum,  
 quem in illa nouerat arce sidereum, stupebat in terris carnis  
 humilitate uestitum, magisque gemebat hinc liuidus, quod uir-  
 10 tutis Domino cernebat hominem sic dilectum.

Dumque Tyria dehinc loca praeteriens Sidonio Dominus 9  
 graderetur in litore, curauit oblatum gemina quendam calami-  
 tate miserrimum, qui uocis et aurium priuatus officiis nec  
 sua dare nec aliena poterat uerba suscipere. sed tactu manus  
 15 aetheriae cunctis penetrabilibus, quae perniciis clauserat uiolenta,  
 disruptis repente fores patuere impulsae, uenarumque custodiis  
 protinus relaxatis qui modo mutus uidebatur ac surdus et  
 ipse loqui meruit et alios loquentes audiuit.

Tu quoque Dominicae uirtutis dona sensisti, cuius in oculis 10  
 20 tartarea caecitate compressis Christus expuit, speciem ilico

1 Cur eiectos e corpore daemones Christus loqui non sinebat *inscrib.*  
*v* multis *om. R* multis diuerse *om. P* diuersae *HBv*  
 uarie *PR* 2 calamit<sup>ae</sup>tate *P*, calimitate *B* 3 demonio *P*  
 exclusam *P* poenitus *P* 4 magestatis *P* designatus *P*  
 5 sanguis *H* 6 saucialis *H* damnaq; *P*, damnato *v*  
 7 satelito (*corr. m. 2*) *H* deiectus] dictus e *P* eculmine (*τ*  
*eras.*) *H* 8 anse *P* 9 libidus *PB<sup>1</sup>* uirtutes *H* 10 de-  
 lectum *Col. Par.* 11 DE MVTO CAECO ET SVRDO *RH*, Mutum et  
 surdum curat Christus *v* Tyria] *in ras. m. al. B*, tyri *v* Sidonei  
*H*, Sidoneo *Bv* 12 graderetur (*a ex e*) *B* littore *P*  
 obtum (*la a m. 2*) *R* 13 misterium *P* primatur *P* 14 sua-  
 dere *P* 15 ethene *P*, aethereae *v* penetrabilibus *B* per-  
 necies (*ne ex ni*) *R<sup>2</sup>*, perniciis *Par. Arev.*, pernici *Col.*, pernix  
*Gall.* uiolenter *P*, uiolentia *v* 16 uenerumq; custodis *P*  
 17 uidebatur mutus *P* *post et ras. (p?) B* 19 DE EO CUI  
 EXPVIT IN FACIEM ET INLYMINATVS EST *RH*, De magna piscium cap-  
 tura iussu Domini *v* cium in *P* *fort. oculos—compressos at*  
*cf. v. 107* 20 species *H*

**II** simulatae mortis extersit. cumque perennis uitae suffragia  
 sacris habere populos edocens institutis Deum sese manifestius  
 aperiret, uitans paululum turbas praecipitanter infusas ad  
 stagnum marini gurgitis uenit, paruaque Simonis residens in  
 carina plebem litore permanentem diuinis inbuerat oraculis. 5  
 tandemque dicta definiens numquam desiderii copiosa, iubet  
 altius eunte nauicula pelago retia dimitti piscantia, quae totae  
 noctis euoluto curriculo nihil trahere de profundis opera ualu-  
 ere frustrata. paret Simon sacro laetus imperio turbasque  
 fluctuagas linea doctus obsidione concludens, aquosi marmoris 10  
 gentes murali cinctas obsidione captiuat, tantumque piscium  
 multitudo sinus cumulauit extensos, ut et Simonis et quae  
 socia propter adstabat squamosis molibus occupata periculis  
 erepta sit uix carina. sic nos etiam plerumque perturbat  
 maximi successus inopina felicitas, et gaudium, quod uotiuę 15  
 suscipimus, si modum mensuramque transcenderit, uelut onus  
 intolerabile iam timemus; quia prompta diuinitati concedere  
 metuunt homines uel optare.

1 DE EO VBI DIXIT PETRO DVC IN ALTVM ET LAXATE RETIA *R* (*in*  
*cap. laxa*) 2 sese] *ēē R* 3 aperire *RH*, apperiret *B* cui-  
 tans *RHBv* paululum (*paulu in ras. m. a.*) *B* praecipitant *P*  
 4 fort. stagna *cf. Carm.* marina *P* Simonis *s. l. R²* residens]  
 si *ex se B* 5 imbuebat *Bv* 6 tandem *Bv* definiens *P*,  
 diffinens *H* numq; *P* cupiosa *P* 7 dimittit *P* qua  
*H* totae *B*, totius *v (exc. Col.)* 8 curriculo (*u a m. 2*) *H*,  
 circulo *v* trahere *R* opere *Hv* 9 frustrato *v*  
 10 lineo *B* obsidionem *P* 11 cunctas *P*, cinctus *R*, cinctis *H*  
 obsidione *H*, protectione *v* tantaque *R* 12 post cumulauit,  
 tantumque *eras. in H* Symonis *P* 13 propter] puppis *v*  
 adstabat *PB¹*, asstabat *RB²*, a+stabat *H* molibus] *in marg. H¹*  
*(rasura in textu)* periculi *H Par.*, periculo *Arev.* 14 sit *om.*  
*R* 15 succensus *P* quod] *q. B* uotiuę *B* 16 men-  
 suraque *P*, mansuranq; *B* transcenderet *P* ueluto non *P*  
 //Inus *H* 17 intolerabile metiunt homines (*sic*) *P* quia *RH*, quae  
*Bv* prompti *R* diuinitate *Hv* conceduntur *Par. Gall.*  
*Arev.* 18 metiunt *P*, metuant *H* uel] *eras. H, om. v*

Talibus insignis clarusque uirtutibus urbem, quae Naim **12**  
 dicitur, properabat intrare discipulis Dominus populisque ual-  
 latus, cum repente iuuenis aspicit cadauer efferri uanis exequi-  
 arum muneribus tristi ministerio sublimatum, cuius matrem  
 5 secundo sors inuida pridem marito, nunc filio geminae uidua-  
 uerat urnae miseria. nihilque remorata pietas, doloris inimica,  
 uitale protinus commodauit auxilium feretroque manu redemp-  
 tionis attacto dixit Dominus ad defunctum: adolescens, tibi  
 10 dico, surge. et resedit qui erat mortuus et coe-  
 pit loqui, et dedit eum matri suae. licet enim iuuenis  
 luce priuatus, torpore fuerit pigrae mortis oppressus et funus  
 ueheretur extinctum, nec famulus Domino se uocante reticere,  
 nec spiritus praesente uita poterat non redire. mox igitur  
 15 omnis erat lacrimando qui nubilus facie redditur serenata  
 conuentus et in recidium tramitem posito gressus maerore  
 conuertens suis sedibus matrem candida reuocauit pompa  
 gaudentem.

Nec tibi, Maria, salus exigua Domino medicante conlata, **13**  
 multis uulnerum plagis laesum pectoris curauit arcanum,  
 20 quam septena rabies globo cuneata daemónico septenis armo-  
 rum motibus possidebat. sed squamei serpens maculosus

8 Luc. 7, 14. 15

1 DE VNICO FILIO VIDVAE QVEM SVSCITAVIT *RH*, Mortuus iuuenis  
 Christo iubente surgit *v* 3 afferri *PR* 4 sublimarum *P*  
 5 secundo *P* 6 nemiseriæ *P* nilque *B* 7 man/// *H*  
 redemptoris *ex* redemptionis *H*<sup>2</sup> 8 atacto *PB*, attacto *R*  
 adolescentib; *P* 9 \*\*\*surge (con *eras.*) *H* 10 eum] illum *s. l.* *R*<sup>2</sup>  
 matris *PB*<sup>1</sup> enim] eum *P* 11 corpore *H Col.* mortus  
*P* 12 ueeretur *P* 14 nubib; *R*, nubil\*\* *H*, nubila *Iv*  
 fac//e *H*, facile *IB* 15 retidiuiri *P* ///merore *H* suis ///sedibus  
*H* 16 didam *P*, candidam *H* 18 DE MARIA A QVA EIECIT ·VII·  
 DEMONIA *RH* (a qua *ex* qua *corr. m. 2*), Septem malos spiritus e Maria  
 iubet Dominus exire *v* 19 uulneris *P* pec\*\*toris (ta *eras. uid.*)  
*B* archanum *RB*, armanum *H* aspectum rabies quam septena  
*P* 20 demonia *H* 21 quamei\* (*s eras.*) *H*, squa *in ras.*  
*B*<sup>1</sup>

horroris, tremenda fugiens Omnipotentis imperia tuo pulsus ex corde, chaos tartarei petiuit inferni, septem membrorum gyros intorquens septenisque simul uoluminibus euanescens.

- 14 Tunc ne copiosae messis germen uberrimum rari cultoris opera deficiente langueret, alios quoque duos et septuaginta 5 discipulos mente simplices, puritate fulgentes, qui numero meritoque conspicui libra digni sint aurea nuncupari, uelut insontes agnos et mites ad asperas hominum mentes quasi lupos inter iubet ire raptores. talibus eos uerbis hortatur, et alloquens: ite, ecce ego mitto uos, sicut agnos inter 10 lupos. rursusque reuersis alacribus, quod eis etiam daemones subiacerent, dixit haec ammonens: ecce do uobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones et supra omnem uirtutem inimici, et nihil uobis nocebunt. uerum tamen nolite gaudere, quia spi- 15 ritus uobis subiecti sunt. gaudete autem, quoniam nomina uestra scripta sunt in caelo. haec est enim regula diuini iudicii uitam factis anteferre, non facta uitae praepōnere. nam si meritum sancti cessauerit instituti, nihil habent momenti miracula, quae probantur et a malignis fre- 20

10 Luc. 10, 3

12 cf. ib. 19 s.

1 erroris *PHv* imperia] im *m. al. B* \*\*pulsus (*ex eras.*)  
*H*, expulsus *Bv* 2 chaos *B* inferni] ni *ex nis B* 3 gilos  
*P*, geros (*corr. m. 2*) *H*, gyros (*s ex n corr. uid.*) *B* torquens  
*PHBv* septenisque] que *om. B* simul] *eras. in H, om. v*  
 4 DE SEPTVAGINTA DVOBVS DISCIPVLIS *RH*, Summa data potestate disci-  
 puli ad praedicandum missi *v* copiose *PH<sup>a</sup>* 5 opere *Bv*  
 alios langueret *P* 7 digna *P*, digni *ex nis B* sunt *R, ras.*  
*in H, om. v* in aurea *Bv* noncupari *P* 8 set *P* agnos&  
*ex agnos& B* asperas (*e ex i m. al.*) *B* 9 irae *B* hor-  
 tatus *B (sed corr.) v* et] *fort. haec; hortatus est coni. Hartel*  
 10 ego *om. Rv* 11 alacribusque *Bv* ut daemones *v* 12 sub-  
 iicerent *Col.* ammonens *libri* do *Pv, o s. l. H<sup>2</sup>*, dedi *R (in*  
*marg. alib do)* 13 potestatem] tem *m. al. in ras. B* supra *R*  
 15 quod *v* 16 s<sup>u</sup>nt (*i eras.*) *B* autem] *eras. in H* 17 enim  
*B, om. v* 19 istituti *P* nil *B* 20 mo\*\*menti *H*, moni-  
 mēti (*i, ex u corr.*) *B*, monumenti *I*

quenter ostensa, quibus ille secretorum testis et arbiter gestorum se in retributione dictorum euangelicis ita praedixit eloquiis: non noui uos, discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem. tales sub Aegyptia quondam Pharaonis  
 5 aderant tyrannide duo sceleratae societatis artifices, qui Memphiticis uanitatibus confidentes Moysi caelestia nitebantur aemulari miracula, dolisque magicis fabricatas humanis uisibus aemularum opponebant imagines et figuras.

Interea cuiusdam Pharisaeorum principis ueniens obsecratus **15**  
 10 ad epulas, non magis uescendi gratia quam eius domum clarificare festinans, uidit hominem falsae crassitudinis tumore distentum, cuius uenter aqua redundante perspicuus utris putabatur esse, non uterus, praegnansque cutis inmanitas necem parturibat inclusam, et tabescentium detrimento membrorum  
 15 sinus augebatur inmodicus. ita macies ubique dominata totum hydropem in aluum turgidam congregarat. non tulit mundi pater hanc speciem se praesente consistere suaque sabbata, quae tunc aderant, non curauit hominem curare festinans,

3 cf. Matth. 7, 23

1 secreto<sup>m</sup> (ex tū) B      2 retribut<sup>m</sup> or<sup>m</sup> d<sup>m</sup> ct<sup>m</sup> r<sup>m</sup> H, se retributore dictorum (tore m. al. in ras.) B, seu retributor dictorum v (in nonnullis editt. mendose doctorum pro dictorum Arev.) euangelista Bv, euangelistae v      ita] uitam P      3 discite B  
 4 talis H<sup>2</sup> (ex tales)      aegyptiam—tyrannidem P      5 tyrande R, tyramnide B      duo\* (s eras.) H      memphiticis] me facis P  
 6 uatibus H      7 aeq<sup>m</sup>ari (ex aemulari) B<sup>1</sup>      dolisque P  
 magnificis v      febric<sup>m</sup> (ras. 4—5 litt.) B      uisibus] om. P, usibus H      8 nebularam HBv      offendebant P (ostendebant?)  
 set P      9 DE YDROPICO RH, hydropicum Dominus curat die sabbati v      principes B      10 eius om. R      donum B      11 fabricare P      fasse H, falsa B, falso v      cres cressitudinis P      12 destentum P      uenter] eras. in H, om. v      redundantem P  
 putebatur P      13 esse om. P      numter' P      cuti R      14 parituribat P, parturiebat B      15 in modias R      ubi\*\*q. (u, i corr.) B  
 B      16 album P      ydropem RH      congregaret P, congregar<sup>a</sup>& B      17 spetiem P      sabbapta P      18 tunc] tam P      festinans curare v

quem suum magis esse desiderat. nec enim hominem propter sabbatum Deus instituit, sicut in alio euangelii sancti capitulo suis Dominus ipse uerbis edocuit, sed sabbata propter hominem procreauit. tunc opus salutis inperitiens humentem uiscerum desiccari iussit inluuiem: cum repente morbosa paludis corporeae unda discessit lacusque uitreae iam carnis exhaustus lymphatae pestis subito uacuatur abscessu. 5

**16** Cumque Dominus Hierosolimam petens per Samariam et Galilaeam Hierichumque transiret, quoddam castrum clementer ingressus est. quem procul ut decem miseri uidere leprosi, 10 maculosa corporis obscenitate foedissimi, quos discolor sparsa uultibus poena turpi fecerat deformitate portenta, simul una uoce clamauere flebiliter: Iesu magister, miserere nostri. tunc singularis illa potentia, quae numquam pietate fit uacua, respondit miseranter ac dixit: ite, ostendite uos 15 sacerdotibus. subitoque dum properant fugit omnis ex eorum membris iniquitas et mutuis se uisibus intuentes alterna pariter mundatione gaudebant, quod in nullo quicquam ex horrenda uarietate remanserat. ex quibus unus tanquam decimas pro omnibus percepti muneris oblaturus grata festinatione 20 regrediens ante Dominum se prostrauit in faciem. magna uiri

13 Luc. 17, 13

15 ib. 14

1 magis suum *P* esse] *ēē* in *mg.* *R* desiderans *B Col.*,  
 desideraret *v* 2 sabbatum *P* instauit *H<sup>1</sup>* (*corr. m. 2*)  
 4 preauit *P* imperiens (*t a m. al.*) *B* 5 inluuiem *R*  
 7 limpha\*\*tæ (*ti eras. uid.*) *B* uacuat *P*, uacuatus *Hv*, uacuata  
*B* abscessit *H* (*t ex s m. al.*) *Bv* 8 DE DECEM LEPROSIS *RH*,  
 leprosi decem mundati *v* hierosolimā *PRH*, hierusolimā *B*  
 9 hiericoq. *B* clementer (*r ex s*) *B* 10 misere *P* 11 ma-  
 cula<sup>oia</sup> *B* foecundissi *P* quod<sup>o</sup> (*corr. m. 2*) *H* color *P*  
 sparsi *B<sup>2</sup>* (*ex sparsas*) 13 misere *H* 14 num<sup>qua</sup> *P*, numqua *B*  
 15 u///c///ua *H*, fortasse fuit uacua *Arev.* fit] fort. defit ac miseranter  
*HBv* 17 motuis (*corr. m. 1*) *B* 19 ueritate *B* reman-  
 serant *P* 20 prae *Bv* gratia *P* 21 fauitem *P*

fides magnaue prudentia, qui sub unius qualitatis effectu  
 geminae luit deuotionis officium: fides quod ab hoc se  
 mundatum credidit quem rogauit, prudentia quod sacerdotibus  
 se iussus ostendere Iesum maluit adorare. quis enim nisi  
 5 Dominus Christus pontifex pontificum, sacerdos est sacerdotum?  
 gemini libaminis auctor et conditor, cui secundum ordinem  
 Melchisedech munera, quae pro nobis obtulit crucifixus, sui  
 corporis et sanguinis offeruntur: triticeae segetis cibus suauis  
 et amoenae uitis potus amabilis.

10 Cum uero Timei filius iuxta uiam fraudatus lumine reside- 17  
 ret, qua Christum cognouerat transmeare, crebroque uociferans  
 cum clamore nec populis uetantibus conticescens oculatae  
 sibi tribui copiam claritatis magis ac magis postularet, ad  
 Dominum uenire iussus aliena manu perrexit et uoti compos  
 15 accepti nullo fultus duce remeauit. o confidentiae uirtus in-  
 fractae! quam uolenter impetras quod optaris, et adsiduis ex  
 corde precibus congregatis tamquam debitum exigas, quae  
 postulas sic mereris! quicquid enim pro qualitate difficili res  
 durior abnegarit, sola uotis simplicibus et honestis oratio

1 quis *P* affectus *H* 2 gemma oliue *P* gemine *H*<sup>1</sup> (*corr.*  
*m. 2*) *B*, gemina *v* deuotione *v* ob *v* 3 quia *v* 5 et  
*P*, *om. HBv* 6 gemini (gemine *m. 2*) libationis *H* cuius *v*  
 7 que *H*<sup>1</sup> (*corr. m. 2*) sui] u s. l. *m. 2 H* 8 consanguinis *B*,  
 consanguinitate *v* turorititiae *P*, triticeae *B* sementis *v*  
 9 amoene *PB*<sup>1</sup>, ammoene *H*<sup>1</sup> (amoene *corr. m. 2*) et amabilis *H*  
 10 DE CAELO TYMEI FILIO *RH*, caecus curatur *v* uero *eras. in H*,  
*om. v*; cumque *B* tymeis *R*, thimæ *B*, Thimae *Col. Par. Arev.*  
 residere *P* 11 quia *RH cf. v. 211* cognouerit (a a *m. al.*)  
*B* 12 uitantibus (e a *m. al.*) *B* conticescens *H* oculatae  
 (a *eras.*) *B* 13 tribuit *P* postulare *RH* adnū *P*, Chri-  
 stum *HBv* 14 alienam una *P* uotis *P* cumpos *B*  
 15 acceptis <sup>nulla</sup> fultus *P* rediuit *HB*, rediit *v* confidentia *H*  
 16 quae *Bv* obtaris *R*, opta\*\*\* *H*, optatis *v* 17 exiges *H*,  
 exigit *v* q//// *H*, qua *Par.*, qua quod *Col. Gall. (malim qua*  
 postulans *Arev.)*, fort. quod 18 diffīli (ei a *m. 2*) *R*, difficile *PH*  
*Bv* 19 abnegarat *P*

frequens obtinet supplicantis, non quod aliquid Deo difficile, sed quod magnitudo causae sit humanitas desperatae. sicut ille, nocturno silentio qui panes sibi diutius negante postulans ab amico, quia iure caritatis mereri non ualuit, auxilio iutus inportunitatis extorsit.

5

18 Samaritana quoque Dominus loca praeteriens humanae sitis ardorem die collegerat aestuante, fonsque iugiter uiuus et perennis aquae semper inriguus, undam desiderabat exiguam, qua materiem gerebat corporis, epotandam. hic mulier illius regionis indigena, quae profundo latices hauriebat e puteo, dum modicae cunctatur munus aquae tribuere, cognoscens uoce prophetica numeroso uel alieno de coniuge sui criminis uitam, orat talia sibi Dominum fluentia largiri, quorum numquam deficiente substantia sitis deficeret abolenda, ignorans prorsus ac nesciens nullum tanto munere potiturum nisi qui gurgite Iesu Christi summersus undis spiritalibus anima fuerit, non corpore satiatus.

19 Dumque patrio tonans ore Saluator sacri moenibus resideret templi, populum miseratus errantem in rectum tramitem

1 optinet *B* subplicantis *P* 2 clause *P*, causae\*\* *H*  
 sit] clarescit *Hartel* humanitas *P* desperare *HBv* 3 panecibi  
*P* diutinus *v* 4 qui *HB*, quae *v* merereri *R*, merere *v*  
 iustus *Hv*, ras. 4—5 litt. in *B* 5 extorset *P*, ° extorsit (se a  
*m.* 2) *R*, extorsi *HI* 6 DE MULIERE SAMARITANA *RH*, Christus  
 a Samaritana aquam petit *v* humane *PH*<sup>1</sup> 7 a\*dozem (r *eras.*)  
*H*, adorem *I* colligerat *PR* aestuantem *B* que *om.* *P*  
 peruius *Hv*, uiuis *B* et] *eras. cum alia uoce antecedente H*  
 8 pmissa quae *P* inriguas *P* 9 quam *P*, quā *R*, qua\*\*\*\*  
 (mquā *eras.*) *H*, fort. quia sepotandam *R*, \*potandam *H* haec  
*H* 11 dum *om.* *Bv* atq; *P* post tribuere, non *eras. in H*  
 cognoscens *P* 12 alieno] l *ex r B* coniuge] luce *P*  
 13 uita morat talia *P*, u. orat mortalia *H*, uita in mortalia *B*, u. im-  
 mortalia *v* si *H* largirior *P*, largiri orat *v* 14 deficere  
*R* abolendam *P* 15 tantā (~ *m.* 2) *B* 16 sūmersus *R*  
 undis *B* spiritalibus *om.* *P* 17 satiatus] *om.* *P*, saciatus  
*RB* 18 DE MULIERE IN ADULTERIO DEPRAEHENSA *RHv* patrio]  
*eras. in H*, huius *v* conans *P* sacris *R*, fort. sui *cf. v.* 233  
 19 in templi (templo *P*) *libri*

amica uitae monitione conuertens, ecce ducebatur abstracta  
 coetu magnae multitudinis praeceps ad eum deformis adultera  
 legitimae consuetudinis instituto lapidum ictibus obruenda.  
 quam pio dum iudici saeuus accusantium furor ingessit dam-  
 5 nare cupiens, liberauit, nam condicione proposita ut puniendi  
 sceleris auctor existeret qui sceleris nihil haberet, nullus suo  
 iudicio purus inuentus est qui feriret inpuram. nec enim ex  
 alterius oculo festucam quis audebat euellere, cum trabem  
 sciret in proprio permanere. mox igitur totum rabidae sediti-  
 10 nis incendium conscientiae fugit inundatione restinctum,  
 omnisque tacite confitendo reus inuentus est accusator. tunc  
 clemens Domini mitisque sententia manifesti criminis moecham  
 non iudicans absoluit, sed miserans non puniuit reuersuram  
 scilicet ad poenam, si reuerteretur ad culpam. nam quisquis  
 15 canini ritus inluuie quae uomuit appetit et relambit, nec  
 ueterem studet habere ueniam nec futuram, huius lucra deper-  
 dens quam inaniter adquisiuit, illius damna sentiens ad quam  
 peruenire non meruit.

Hac etiam Dominus e regione discedens caecum conspicit 20  
 20 naturalem, qui miserae matris ex utero lapsus ipse miserior,

1 uita/// *H*, \*\*ta (ui *eras.*) *B*, uita *I* 2 coetu] *om.* *P*  
 magne *P*, agne *H*<sup>1</sup> ad *om.* *B* eam (a *ex corr.*) *B* de-  
 formans adultera *P*, deformis adulteria *R* adultera\* (i *eras.*) *H* (*ex*  
 adulterio?) adultera ad eum deformis *v* 3 instituta *H*, institutā  
*B* actibus (*corr. m. 2*) *H*, iactibus *Bv* 4 quempiam iudicis *P*  
 dum] *om.* *v* accusantiam *P* 5 cipiens *P* liberauit *om.* *P*  
 non *P* 6 qua *P* nil *B* habebat *P* nuentus *P* 7 fer///ret  
 ///puram *H*, ferret in p. *I* 8 oculos *P* auderet *P* 9 sen-  
 tiret *P* in *om.* *H* totum *om.* *P* rabidae *R*, rapida *P*,  
 rapide *H*<sup>1</sup> 10 incendio *P* fuit *P*, fu///it *H*, fuit *ex* furit(?)  
*B*, fuit *v* (*exc. Col.*) inmunditione *PB*, immunditie *v* (imunditia  
*Col.*) 11 taci tecte *I*, tacitate *Iur. Gall.* confite sidoreus *P*  
 confidendo *H*, confitenda *I* 13 non] nion (?) *P*, *om.* *R* reuer-  
 surum *P* 14 si <sup>re</sup>uerteret *P*, si <sup>re</sup>uerteretur (*re a m. 2*) *R*  
 15 canino ritu *Col. Gall. Arev.* ingluuie *R*, inluuie/// *H*  
 euomuit *v*, uomit *B* 16 futuram] *corr. m. 2* *H* 17 adquesiuit  
*P* 19 DE CAECO NATO *RH*, Caecum natum Dominus curat *v*  
 haec *P* descendens *H*<sup>1</sup> (*corr. m. 2*)

in lucem sine luce peruenit. tunc humani sator ille principii mundique conditor atque perfector operis sui fabricam non passus manere minus impletam speculari deficiente materia, lutum, naturale scilicet instrumentum, genarum claustris inliniens quod in homine minus esse conspexerat, de ueteri 5 bonus opifex caemento suppleuit. nec prius tamen ille sumpsit aspectum, quam Domini praeceptis ammonitus Siloae salubrem uenisset ad laticem et tutus consanguinei medicamento iam limi unda oculos abluisset infusa. mox itaque sanis ex uultibus acies gemellae fulserunt tandem dignae 10 conspicere quem prorsus ignotum habuere primitus diem. omnes igitur spiritaliter haec legentes oportet aduertere, quid mystica doceant huius facti miracula. caeca sumus etenim proles fetibus Euae creati miserrimae, per tenebras genuinae caliginis longis erroribus incedentes. sed postquam Deus 15 habere dignatus est humanae carnis effigiem, data nobis est terra salutaris ex uirgine, quae fontibus sacri lota baptismatis, renascentis aperuit lumina claritatis.

- 21 Bethaniam deinde sollicitus salutiferis gressibus clementer aduenerat, ubi Lazarus humana finem condicione sortitus 20 sepulchrali sub lapide quartae iacebat lucis cursu iam fetidus.

1 umani *P*      principii *B*      2 operi *P*, o\*\*ri *H*, oris *v*  
 3 passu<sup>f</sup> *P*      matheria *P*      4 luctum *P*, latum *H*      6 bonus  
 eē opifex gemens *P*      subpleuit *PH*      7 ammonitus *PRB*, am-  
 monitur *H*      8 t///tus *H*, fetus *coni. Gall.*, iutus *fort.*      cumsanguinei  
*P*      medicamenta *P*      9 abluisse *P*, /////uisset *H*, habuisset *v*  
 (lauisset *Arev.*)      10 digne *PB*, digni *H*      11 primitus *s. l. m. 2*  
*R*      12 Omnis ergo *P*      haec spiritaliter *v*      a  
*R*, auertere *B*      13 /////enim *H*, cum enim *B*, enim *v*      14 f///eti-  
 bus (ē *corr. m. 2*) *H*      aeuae *RHB*, eue *P*      16 human/// *H*,  
 humani *I*      17 quia *P*      sacris *P*      lauata *Bv*      18 rena-  
 scentibus *H (uf) v*      19 DE LAZARO *RH*, mortuum Lazarum suscitāt  
*v*      sol///i///is///// (fuit sollicitus . . luciferis) *H*      solitis *ex solitus B*,  
 solitis *v (soli litus Par.)*      20 ibi *v*      humanā *B*      fine *P*  
 21 sepulchrali *Bv*      quart/////iacebat *H*      quarta *I*, quartae *Iur.*  
 foetidus *B*

cuius ad tumulum Domino ueniente collectae flebant pio luctu  
 germanae, flebat turba consistens, fleuit et ipse simul Omni-  
 potens, non deitate sed corpore, qui frigentes artus exanimis,  
 qua parte moriturus fuerat, hac dolebat. impendit namque  
 5 lacrimas ut amicus, ostendit gloriam suae maiestatis ut Deus.  
 quid adhuc Martha non credis? et tu Maria quid ingemis?  
 quae Christum dubia trepidatione cunctamini, an unum possit  
 ab inferis hominem suscitare, qui totius mundi turbas innu-  
 meras rediuiua faciet animatione resurgere. igitur Dominus ut  
 10 imperiosae uocis iussu mirabili dixit exclamans: Lazare,  
 prodi foras, magna repente formidine tartara patuere con-  
 cussa, inferni penetrabile contremuit, letale chaos expauit et  
 lex profundae mortis abscessit; animaue sui corporis iterum  
 fibris infusa rupto monumenti tutamine uiuum cernitur cadauer  
 15 adstare. postque iusta sollemnia, post impletam funeris sepul-  
 turam, tamquam denuo fuerit editus et creatus, ipse sibi  
 moriens et postumus extitit et superstes abscessit.

Vtque Dominus saecularis ambitus caduca contemnens Deum **22**  
 sese celsissimum magis humilitate monstraret, non altis curri-  
 20 bus, qui pompae mortalis amor ostenditur, quadriuga celeri-

10 cf. Ioh. 11, 43

1 ad] s. l. P      chori sistens R      3 frigentis v      \*rtus H,  
 cortus I      examinis H, exanimis I      frigentis artus exanimis  
 Iur. cum adn. nisi quis malit corpus exanime      4 ac dolebat H,  
 addolebat v (adolebat Par.)      5 magestatis P      6 ingemiscis  
 P      7 trepidatione P      contamini P      10 imperiosue P  
 dixit] rasura 5 litt. in H, om. v (sensus uidetur postulare exclamat  
 Arev.)      11 ueni PH      mana P, magnae H      concussit R  
 12 contremuit] r ex al. litt. B      loetale libri      13 profund\* H,  
 profundo v (corr. Gall.)      abscessu v (corr. Gall.)      14 membris  
 Hv      cēnit B      15 posque H      16 tamq. B      fuerit denuo  
 v      denuo] in ras. H<sup>2</sup>, om. B      \*editus (a eras.) H      17 su-  
 pertis R<sup>1</sup> (corr. m. 2)      posthumus P, postfumus (fu m. al.) B  
 accessit R      18 VBI INGRESSVS HRSLM SEDENS IN ASELO RH (hie-  
 rusalem), de asello Domini uectore v      d̄s R      caduc/// H,  
 caducae BI      fort. caduca culmina cf. v. 291      Dominum v  
 19 excelsissimum P      cursibus P      20 honor conī. Gall. cf.  
 Carm.

tate subuectus iter explicuit orbita sulcante puluereum, nec ardua frementis equi terga compressit, qui faleris et ostro conspicuus ora concutit inquieta, spumosum cruenti pondus auri mandentia: sed uilissimi lento potius aselli gestamine Domino fuit honos ille sufficiens. cuius ungula non pretio 5 magna, sed merito tanti sessoris claruit sub face nobilior, non illius impar antiqui, modico qui Christum quamuis cerne- ret in praesepi, Deum tamen esse cognouit. huius gratia nituit subiugalis, cui mediam gradienti per semitam plebs omnis subdidit uestimenta. dicite cuncti nunc populi, qui 10 gentilibus hactenus subiaceris erroribus, cui gloria fuerit simili aliquando regnanti? cui palmis ac frondibus frequens umquam turba plenae festiuitatis occurrit modulans ymnis caelestibus cantilenam, nisi Domino Iesu Christo, qui si- dereum cum Patre moderatur imperium princeps in principe 15 sempiternum.

1 subiectus *H* item *P* sulca calte *P* 2 faleris (1 *eras.*)  
*H* 3 inqu<sup>i</sup>&a *R*, inquietas *PH*<sup>1</sup> (*sed s. eras. m. 2*) 4 mendatia  
*B* sedulis simi lento *P* spumosa\* (*s. eras.*) *H* uilissimo  
*H* 5 honos] nor *m. al. B* hastamine *Par.* sufficiens] *f*<sub>1</sub>  
*ex al. litt. B* 6 tantis *P* 7 imperanti qui *P* antiqui *eras. in*  
*H*, antequi (*e ex i m. al.*) *B*, *om. v* qui modico Christum *v*  
quamuis] *s ex x m. al. B* 8 p̄sepe *P* tamen] *om. P, eras. in*  
*H* gradiendi *PRHv*, -ti *ex di B* 9 ples *P* 10 suddidit  
*P* 11 actenus *PR*<sup>1</sup> (*h m. 2 add.*), hactenus *H* subiaceris  
*P*, subiacetas *B*<sup>1</sup> 12 floribus *H* frequentis *HBv* 13 turbae  
*HBv* plena festiuitas *Bv* hymnis *HBv* 14 sedereum  
*P* moderat *HBv* principē\* (*~ eras.*) *B* 16 sempiterno *v*  
EXPLICIT. INCIPIUNT CAPITVLA. *post enumerationem capitulorum* EX-  
PLICITVNT CAPITVLA. INCIPIIT LIBER QVINTVS *P*, EXPLICIT LIBER QVARTVS.  
INCIPIUNT CAPITVLA LIBRI .V. TI. *post capitula* EXPLICIT IIIII DE CAPITVLIS.  
INCIPIIT LIBER QVINTVS DE EO QVOD SCRIPTVM EST PATER SALVA ME DE  
ISTA HORA *R*, *sequitur enumeratio capitulorum subscr. et inscr. om.*  
*in H*

LIBER QUINTVS.

Inter has diuitum copias sine fine uirtutum pascha coeperat <sup>1</sup>  
 esse iam proximum, quo gloriosa Christi potentia mortalem  
 uellet exponere resumptura carnem perpetuo iam uiuacem,  
 non alteram, sed eandem, quam remuneratione lucis impletam  
<sup>5</sup> ab inferis excitans eleuauit ad sidera. turbatusque pauxillulum  
 mortis uicina ut homo formidans, talibus ad Patrem uerbis  
 fiducia piae religionis exclamat Dei filium se demonstrans:  
 pater, salua me de ista hora; sed propter hoc ueni  
 in istam horam. pater, honorifica nomen tuum.  
<sup>10</sup> nimium diuine locutus est et potenter, qui cum semet honori-  
 ficari deposceret, patris nomen honorificandum esse signauit.  
 Deus enim nomen est illi, quod pater et filius communi  
 pariter maiestate possident indiuisum. uenit autem uox  
 de caelo: et honorificaui et iterum honorificabo.  
<sup>15</sup> quid apertius testimonio paternae professionis impleto? quid  
 clarius caelestis est assertionis oraculo? tamen Iudaea gens  
 perfida, quae pondus tantae ueritatis audiuerat, nequaquam

8 cf. Ioh. 12, 27. 28      13 cf. ib. 28

1 DE EO QVOD SCRIPTVM EST PATER SALUA ME DE ISTA HORA  
*RH*, Christo orante (Christum orantem *Gall.*) uox e caelo clarificat  
<sup>v</sup> 2 iam *om.* *P* quod *RHB* 3 uell//////// onere (*ras.* 4—5  
*litt.*) *H*, u. ponere <sup>v</sup> resumptura *scripsi*, sumptura *libri* cf. *v.* 3  
 uiuacem (a *ex* u) *B* 4 remunerationem *P*, remuneratione *ex* -nis *B*  
<sup>5</sup> infernis *Hv* leuauit *PHBv* pausillulum *P* 6 mortis  
*B*<sup>1</sup> uicina *PRI*, uicin\* (a *eras.*) *H*, uicinã *B*, uicinia *Iur.*  
*coni.* 7 pia *H* 8 saluum me fac *B* 10 diuinę *B*  
 11 et patris *v* (*exc. Col.*) 12 Deus est enim *v* inoñ ē *P*  
 13 maiestatae *B* indiuisam *P* 15 quod *Par. Arev.* 16 aser-  
 tionis *H* Iudaeę mgens *P* 17 caritatis *H* adierat *H*

signis ita manifestis impulsa, Domini Iesu Christi deitatem credidit adprobata. quidam enim strepitum fuisse tonitruus adstruebant, alii locutum eius angelum disputabant. o plebs oculis uere caeca et corde durissima, de qua prophetans ita locutus est Esaias: obcaecauit oculos eorum et indurauit cor eorum, uti ne uideant oculis et intellegant corde et conuertantur, et sanem eos. neque enim tonitruus Christum aut angelus creatura suum generauit auctorem, cui clamanti confidenter ad Patrem ilico respondisset ut Pater, sed ab ore Dei specialiter Patris, qui Filium uere cognouit, reloquens uox processit, ut hac saltim ratione compuncta turba nimis incredula sero caelestem duceretur ad fidem. hoc est itaque Patrem Filio respondere, suae uoci similiter consonare, quoniam uerbo genitus uerbum Patris est Christus, et parilis coniectura sermonis Patrem reuelauit in Filio, Filium reuelauit in Patre.

- 2 Tunc annui sacramento conuiuui cum paschales epulas celebraret ex more, ut humilitatem diligi suo potius edoceret exemplo, surrexit ac linteo se praecinxit doctorque discipulis Dominus sese, famulis pedes abluens, inclinauit tantumque suae deposuit fastigium potestatis, ut ab huius obsequii dignitate nec Iudam fecisset exsortem, quem nefandae nouerat

5 cf. 6, 10

1 ita] item *H* deitate *H* tonitruus *PB*, tonitru *R*, tonitru *Hv* 3 asstruebant *RB*, astruebant *v* ples *P* 4 oculis] *eras. in H, om. v* et *om. v* 5 isaias *PB* oculos] *o, corr. ex u B* 6 ut *PH* ne\* (*c. eras.*) *H* intellegatur *P*  
 8 tonitru *R*, tonitrus *P cf. v. 15* autorem *H* 9 ill\* *H*, illi *v* respond[et] *H*, responderet *coni. Arev.* 10 d\*\*\* *H*, diei *I* qui *om. PRH* 11 haec *P*, h *ex d B* saltem *B<sup>1</sup>*  
 compuncte *R* 12 nimis (*u m. al.*) *B* coelitem *Bv*  
 duceret *B*, deduceret *v* 13 uoci\* (*s. eras.*) *H*, uocis *B*  
 consimiliter *v* 15 releuauit *B* 16 patrem *PB* 17 DE CAENA  
 DNI ET HUMILITATI<sup>s</sup> EXEMPLO *R*, discipulis dñs pedes abluit *Hv*  
 conuiuui<sup>i</sup> (*i supra a m. 2*) *B* caelebraret *B* 21 dignitate\* (*s. eras.*) *H*

proditionis auctorem. sed nihil hinc gloriae consecutus eras,  
 traditor execrande, ut mundus uidereris uestigiis, qui pollue-  
 baris in animis tamquam sepulchrum exterius dealbatum,  
 quod foedis cadauerum sordibus intus horret impletum. nec  
 5 doli Dominum latuere dispositi, sed illum futuri caput esse  
 sceleris designauit, cui panem traderet panis ipse tradendus  
 ad necem. tunc manifestatus est sermo Dauiticus dicens:  
 qui edebat panes meos, ampliauit aduersum me  
 supplantationem.

10 Postea uero quam corporis sui Dominus Iesus Christus et 3  
 sanguinis duo uitae munera consecrauit propriisque discipulis  
 spiritalem cibum potumque porrexit, quo caelestibus epulis  
 saginatae famem sitimque sentire nequeant animae iam fideles:  
 mox in Iudae corda, nequissimas sedes ubi liuor inuenerat,  
 15 tetri spiritus introiuit inmanitas, inque Dominum tela corri-  
 piens execranda seruilis belli concitauit insaniam, pactus scelus  
 grande negotii sub qualibet quantitate mercedis; nec enim  
 culpa manet in pretio, sed crimen conualescit in facto. tantun-  
 dem sacrilegii triginta caecus argenteis paruum sumens munus  
 20 admisit, quantum, si cuncta simul regna terrarum marisque  
 diuitias et omnem uagis cum nubibus oram lucraretur aetheriam,

8 cf. 40, 10

1 consecutus *Bv* eras *Ludwig*, ãf *R*, es ex est *HB* cf.  
*Carm.* 2 uidere *H*, uideres *B* 3 inanis *RH*, in animis *Bv*  
 cf. v. 29 sensu 4 cada<sup>ue</sup>rum (ue a m. 2) *H* 7 manifestus *B*  
 dauidicus *v* tunc—supplantationem *om. P* 10 DE IYDA TRADI-  
 TORE *RH* (sed infra ante mox ut edit.) uero] eras. *H*, *om. v*  
 13 saginat<sup>i</sup>e corr. m. 2 *H* famen *B* iam fideles] *om. H*  
 14 corde *R*, cor\*\* (da eras.) *H*, legendum fortasse cor *Gall.* ne-  
 quissima *RHB* nequissimam sedem *v* ub<sup>i</sup> *B*<sup>1</sup> liuor  
 ex luuor *B*<sup>2</sup> abebat *H* 16 exetranda *H* serui\*is *H*,  
 seruiris *I* 17 quantitatem *P*, quantita<sup>te</sup> *R*, *om. Bv* mercede  
*v* (qualibet mercedis *Par.*) 19 sacrilegia *P*, sacrilegi<sup>i</sup> (i supra m.  
 al.) *B* 20 ammisit *PB*, amisit *R*, ammisit (corr. m. 2) *H*  
 21 lucraret *HBv* eteris *P*, aetheream (e<sub>3</sub> ex i) *B*

flagitii perpetrarat. neque enim totius mundi bona sufficerent  
 Christi fuso comparari cum sanguine, qui mundi pater est  
 uniuersi, qui hunc quoque nefandum nasci concessit. atque  
 utinam matris arida sterilitate damnatus diem natalicium  
 non uidisset nec aetheriae lucis iucunda conspiceret, aeterno 5  
 torpore nil permanens; miseroque foret illa sors melior uitam  
 nescire traditam quam sentire subtractam, aut confestim, ut  
 meruit procreari, meruisset et mori fieretque psalmi principalis  
 exemplum, quatenus ita prorsus toto deperiret a saeculo tam-  
 quam puluis, quem proicit uentus a facie terrae, 10  
 nullamque memoriam sui nominis reliquisset infelix. tune  
 igitur audax, cruenta, ferox, rebellis, insane, tune fallax, crude-  
 lis, inique, uenalis ac perfide, tune traditor, latro, fere proditor,  
 inmitis et impie, praeuius ductor ac signifer hostes comitaris  
 horribiles, aciemque sacrilegam gladiis et fustibus uiolenter 15  
 armatam cum minaciter moueas, mendacibus osculis foedus  
 incommodas mellaque uenenis adiungis et saeua Domino tradi-  
 tione blandiris? cur socium fallaciter profiteris et amicae  
 fraudis salutatione perfungeris? numquam noxios aut pax  
 coniurat in gladios aut lupo oscula porrigit agno truculenta 20  
 mitissimo.

## 9 Psalm. 1, 4

1 flagitiam *P*      perpetrarat *R*, perpetraret *v*, fort. perpetraturus  
 erat      bona *ex* dona *B*      2 con *B*      4 sterilitate arida *P*,  
 sterelitate *B*      dies *P*      5 iuconda *P*, iocunda *RHB*      eēno *P*  
 6 to+pore *H*, tepr̄ *B*      nihil *H*      sors illa *P*      sor *I*  
 sor\*\*nelior *H*      8 princpalis *R*      9 quatinus *B*      tota *H*  
 10 quem — uentus *om.* *P*      faci+e (a *eras.*) *H*      11 relinquisset  
*H*      tunc *ex* tune *H*<sup>2</sup>      12 insane] *eras. in H*, *om. v*      13 ac]  
 et *v*      perditē *R sed cf. v. 60*      14 hostis *v*      commitaris *P*,  
 cōmitaris *B*      15 orribiles *R*      aciem quam *v*      sacrilegem *H*  
 e\* *H*      16 cum] com *P*, tu *B*      oculis *H*<sup>1</sup> (o *eras. m. 2*) *B*  
 fo\*dus (e *eras.*) *H*      17 sena *P*      protradit\*one *H*, proditione  
*Bv*      18 amic\* (e *eras.*) *H*, amice *B*      19 fraudi\* (s *eras.*) *H*  
 saluatione *Par.*      ////////////////ngeris *H*, perfungeris *B*, perstringeris *v*  
 aute pax *P*      20 aut] *om.* *H*      21 mitissimo *om. v*

Igitur operator sanctus uiris traditus execrandis, opem soli- 4  
 tam non relinquit, sed auriculam puero uiolenter abscisam,  
 quam Petri gladius amputarat, ne quo se tempore pius a pie-  
 tate suspenderet, protinus restituit ac sanauit. nec enim rationi  
 5 conuenerat humanam Deo suffragari uindictam, qui sibi patris  
 defensione transmitti plus duodecim milia legiones angelicas  
 poterat postulare, si mallet de sceleratis poenas exigere quam  
 suae caedis iniuriam relaxare. iubet nudi mucronis ergo tunc 5  
 aciem uagina condi custode, quoniam ipse uidelicet suam pro  
 10 cunctis animam ponere, non uenerat alicuius eripere. ipsi  
 namque tunc Petro confidenti uoce pollicito uelle sese cum  
 Domino et mori dixit: amen, amen, dico tibi, quoniam  
 non cantabit hodie gallus, donec tu ter me abne-  
 ges, non infidelitatis hunc arguens, sed metum futurae trepi-  
 15 dationis aperiens.

Mox ad Caiphae deductus est aedes, qui religionis ritu 6  
 Iudaicae princeps illa quidem tempestate fuerat sacerdotum;  
 sed in cathedra pestilentiae cum sederet et in peccatorum  
 uia consisteret, principatum uidebatur scelerum possidere.  
 20 concilium siquidem uiolenter accendi et falsis coeperat testi-

12 cf. Matth. 26, 34

Luc. 22. 34

1 DE AVRICVLA PVERI AMPVTANDA *R*, auriculam puero petrus ab-  
 scindit *v H* (absciditur) traditur *H* 2 reliquit *Pv*, relinquit  
*H*, dereliquit *B* ascisam *H* 3 amputaret *HB*, amputauit  
*v* nequ\*s\* *H*, ne quaeso *I* 4 *post* suspenderet, et *eras. in H*  
 restituit *B* rationem *P*, ratione *R* 5 hum\*nam (a *eras.*) *H*  
 6 *fort.* defensionem *ph\*s H* XII cī *P*, XII *R* angelicorū  
*H* 7 malet *B* 8 VBI DICIT PETRO RECONDE GLADIVM IN VIGINAM  
*RH* (uagina); *post* eripere *inscribunt Hv* tunc] ergo tim *P*, *eras. in*  
*H*; iubet ergo nudi mucronis aciem *v* 9 custodē *B* uideli\*et *H*  
 10 cunctas *B<sup>1</sup> corr. m. 2* 11 tam petro *P* confitenti *B*  
 uelli *P* 12 mori cum dño et dixit *P*, dño & dixit *R*, mori iñf  
 respondit ac dixit *HBI* 13 ter tu *HBv* abnegas *H* 14 tunc  
*v* futur\*e *H* 15 apperrens *PB* 16 VBI XPS AD CAIPHAE  
 DVCTVS EST AEDES *R* m\*x (o *eras.*) *H* ductus *B* 17 iudeicæ  
*B* 18 cum] con *P* resideret *v* 20 consilium *B* ceperat  
*H*, *om. R*

bus excitari. uolabant in Dominum mille mendacia, uanis  
accusantium fauillis emortua, non fidei calore uiuentia, periebant-  
que mox omnia motu propriae leuitatis exhausta, sicut ignis  
insaniens per stipulas aridae siccitatis excurrens, cui uires  
alta cremandi cacumina materies non ministrat infirma, sed  
in cinerem protinus reuoluta perdit inanem flamma uictoriam. 5

7 Postquam nullum dolis iter arrisit, fraus uiribus cedens  
uertitur in furorem atque in Dominum manus erigere plebs  
armatur inpatiens. heu mihi quantis lacrimarum roribus  
inpeditus, quantis animi gemitibus sauciatus erectas in Domi- 10  
num rabidi tumultus insania manus horreo memorare sacrile-  
gas! denique nec caput colaphis propulsare nec faciem sputis  
adspargere nec palmarum ictibus uerberare plebs execrabilis  
conquieuit. ille tamen omnia patienter excipiens nostrae saluti  
se tradidit ac pro nobis sanctum corpus supplicii deputauit. 15  
per illos enim colaphos habemus capitis sospitatem, illa sputa  
nostrorum uultuum sunt lauacra, his alapis libertatem sumus  
consecuti perpetuam.

8 At senior, cui ueritatis auctor cuncta praedixerat, quia  
manere nequibat infectum quod Christus signauerat adfuturum, 20

1 uolabat<sup>n</sup> P, uolebant H      2 acussantium H      e\*mortua (t  
eras.) H      fide P      ui//////////a//////////bant//// H      aperiebant  
v, apparebant coni. Arev.      3 moto P      exhausta PH      a\*\*\*de  
H, aridas B      4 siccatis R      uires] ui supra m. 2 B      7 DE  
COLAPHIS ET SPVTIS ET CETERIS RH      adscripsit P      caedens H  
8 uertit ex -et B, uertit v      plebs ex blebs B      9 armatus B  
incupiens P      hieu mhi B      ante quantis, quantis eras. in H  
10 inpeditur H      motibus Hv, motus B      sauciatis P, sauciat  
B      11 rapidi P      tumultuf B      orreo PH      merare B  
12 necaput (c m. al.) B      13 adspargere H<sup>1</sup>      palmari P      exse-  
crabilis R      14 salutis e PB      15 p\*\* H      suum Hv  
supplicii ex susplicii B      16 enim] om. B      17 nr̃m P      uul-  
tuum] suprascr. B<sup>1</sup>      alapis P, alapidib R (corr. m. 2)      19 DE  
NEGATIONE PETRI T̃TIO RH, Ter Christum negat Petrus v      ante cui  
ras. 1 l. in B      quia] que H, cuique v      20 quo P, que B

usque in aedem principis sacerdotum Domini uestigia subse-  
 cutus, quod ex eius esset etiam ipse discipulis ter est agnitus,  
 ter negavit. et gallus, diei nuntius, cantavit impletoque  
 diuinae sanctionis oraculo pristini quoque sensus reuersi sunt  
 5 Petro, qui memoriam culpae recolligens obliuionis in se casti-  
 gavit errorem; gemituque continuo prosequente peccata fugiunt,  
 delicta discedunt et lacrimarum imbres effusi dulcem ueniam  
 fletibus amarissimis contulerunt. apostolicis igitur eruditi  
 debemus exemplis uim poenitentiae meritumque dinoscere,  
 10 ut talibus remediis adnitentes ab animarum fatigatione nostra-  
 rum mortiferos mereamur morbos excludere. si enim noxiis  
 cogitationum uenenis aut actuum uel etiam contagiis fuerimus  
 turpium sauciati sermonum, ad saluberrimam poenitentiae mox  
 nitamur confugere medicinam, quatenus dolentes ex culpa non  
 15 doleamus ex poena, lacrimantes ex uulnere non lacrimemus ex  
 morte. nec tamen poenitentiam futuris paremus erroribus,  
 sed praeteritis adhibeamus admissis. sub indulgentiae namque  
 fiducia delinquentes difficile ueniam consecuntur optabilem,  
 quam sibi plerique praesumptam securitate pollicentur, ut  
 20 peccent. nam et Dauid propheta mirabilis dum indulgentiam  
 praeteriti postularet erroris, ut hanc facilius impetraret, per  
 ignorantiam se deliquisse tali prece signauit: delicta iuuen-

22 cf. Psal. 24, 7

1	ēde <i>P</i> , aedes <i>Bv</i>	subsequutus <i>P</i>	2	ēē etiam cum <i>P</i>
ipse	<i>om. R</i>	est <i>om. R</i>	agnitus et <i>P</i>	3 et] <i>om. P</i>
cantauit	<i>B</i>	4 diuinę <i>ex</i> diuinę <i>B</i>	pristini <i>ex</i> prestini <i>B</i>	
5	que] <i>B</i>	memoria <i>H</i>	6 errore <i>P</i>	fugunt <i>P</i>
				7 desce-
dunt	<i>H</i>	ducem (1 <i>m. 2</i> ) <i>H</i>	9 exemplis debemus <i>v</i>	digno-
scere	<i>v</i>	uitalibus — ut ab <i>v</i>	premediis <i>P</i>	12 cogitationem
<i>P</i>	actu** (um <i>eras.</i> ) <i>H</i> , actu <i>v</i>		contagii <i>P</i>	14 quatinus
<i>P</i> <i>H</i> <i>B</i>	15 uulnere <sup>ia</sup> ex morte <i>P</i>		16 futuri <i>P</i>	17 p̄teriti
<i>P</i>	adibeamus <i>H</i>	amissis <i>P</i> , ammissis (d <i>m. 2</i> ) <i>R</i> , ammissis		
<i>H</i> <i>B</i>	indulgentia <i>P</i>	19 summa <i>P</i> , praesumpta <i>Hv</i>		
21	p̄tiriti <i>P</i>	hac <i>P</i> , hac <i>R</i>	22 tale <i>R</i> , tali* (b. <i>eras.</i> ) <i>B</i> ,	
talibus	<i>v</i>	prece] p̄ <sup>ci</sup> <i>P</i> , <i>evan. in H</i> , praeci <i>I</i> , prae se <i>coni.</i>		
<i>Iur.</i>	iuuentis <i>P</i> , iuuentutis meae <i>v</i>			

tutis et ignorantiae ne memineris, Domine. quid ergo, quaecumque flagitia iuuenalis aetas admiserit in senectutem debent relaxanda seruari? absit ut in nobis uitia permaneant et senescant. sed cum diuina clementia patienti longanimitate mitissima iudicii suspenderit ultionem, nullae nos ex istis indutiis spes impunitatis obtundat; sed tamquam famuli diutius fugitiui sero saltim nostrum reuertamur ad Dominum, ab ipso uel senes lubricae iuuentutis ueniam postulantes, quamuis conueniat unumquemque peccantem confestim, cum adhuc est culpa recentior, poenitentiae fermentis eius ulcus abscidere, ne serpentis morbi primitiae uelut radices amari germinis altius neglegentis agricolae remissione submersae, nullo ualeant euelli penitus iam labore. idem denique propheta, ne pro iuuenalibus delictis ut neglegens uideretur serius supplicare, addidit ignorantiam, quo apud pium iudicem facilius sibi relaxari meruisset errorem.

9 Igitur et Petrus apostolus Christum negare non studuit, sed in obliuionis casum simpliciter et ignoranter incurrit. nam qui sese mori uelle cum Domino plena deuotione promiserat, alienus ab eius uideri consortio sub quolibet periculo nou

1 iguorantiae meae *HBv* deus *v* 2 flacia *P* amiserit *PHI*,  
 ammiserit *BR* (d s. l. m. 2 add.) 3 senectuta *P* nobis *///////* ita  
*H* absit in nobis ut ita maneat *v*, ante ita *ras.* 1 l. in *B* 4 con-  
 senescant *Bv* 5 mitissimam *RHv* iudici *P*, iudicii *H*, iudicis  
*R*, fort. iudiciis suspenderet *PBv* nulla *HBv*, nolle  
*Ludw.*, nulla en fort. 6 nos] non *v* indutiis *R*, indutis  
*P*, indutus *HI*, iudicus (an iudiciis?) *B*, indultae *coni. Iur.*  
 spes] *om. PR* inpu<sup>ig</sup>ditatis *P*, in<sup>ig</sup>punitatis *ex* in<sup>ig</sup>ponatis *B* ob-  
 t<sup>ig</sup>t<sup>ig</sup>nsa (s ex t m. 2) *B*, optanda *P* 7 diutius] dicite *ex* dicitis  
*H*, diu *v* fugitiuus *P*, fugitiui ero *H* 8 ipsis *P* 10 con-  
 fostim *B* cum—abscidere *om. Bv* est] ter *P* 11 mors  
*P* uelud *H* necligentis *P*, neglig<sup>ig</sup>entis *H*<sup>1</sup> 12 acricole  
*P* remissione *H* 13 \*uelli (e *eras.*) *H* 14 nec *P* pro  
*om. P* negligens *P*, neglig<sup>ig</sup>ens *H* 15 supplicare *libri*, applicare  
*Ludw.* quod *PR* ad principium *P* 16 relaxare *I*  
 17 DE BONA POENITENTIA PETRI *R*, *om. Hv* 18 namqui *HBv*,  
 namsi *P* 19 deuotio *P* 20 sub] si *B*

ferebat. prompserat enim inter cetera magnificum suae credulitatis exemplum, quod eum a Christo nec exitio posset segregare formido, ad quem media festinando per maria rapidos dudum se praecipitavit in fluctus, nulla vicinae mortis trepidatione  
5 deterritus.

Interea dies novum visura flagitium nocturnis maestior 10  
umbris inluxit, quae tenebrarum remota caligine Hebraei coetus infanda reserabat vulgo consilia. tunc Iudas, draco nouissimus et priori similis homicida uenefico (nam sicut ille Adam uitae  
10 subtracto, sic et iste Christo morti contradito generationis humanae factus est persecutor), ad Pilati Dominum conspiciens deduci praetorium eumque uinculis adstrictum, qui resoluit uincula peccatorum, deriguit miser et horruit, pecuniamque, funeream mercedem scilicet cruoris innoxii, restituens saeuis  
15 dispensatoribus ac refundens pretio criminis sese uacuavit ille, non crimine. quid enim poterit securitati conferre trepidatio mortis ibi concepta, nullus ubi timor consequitur iam medelam secundum psalmi continentiam proloquentis: illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor, hoc est, in ipso  
20 iudicio, ubi correptionis tempus et spatia non habet infructuosa formido, aut in inferni iam faucibus constituto quae potest

18 Psal. 13, 5

1 ferebant *P* prompserat] *Hartel*, promiserat *PR*, praemiserat *HBv* 2 exiui *P*, exicio *R*, exitu *B*, exitus *v*, fort. exitii possed  
*H* (corr. m. 2) 3 ad quem] atq; *P* rabidos *RHB* se] *eras*. in  
*H*, om. *v* 4 trepidationem *P* 6 DE MORTE IUDAE TRADITORIS *RH*,  
de Iudae suspensio *v* 7 inluxq; *B* caligine remota *P* ebrei *P*,  
dehebrei *B* 9 prior *B* hihomicida *P* uenific\*o (i *eras*.) *H*, ueneficio *Bv* 10 subtracto *B* cum tradito *P* 11 persecutor *B*  
domum *RH* 12 dediuci *P* uinclis *Bv* 13 redarguit *P*  
orruit *PH* peccuniamq; *H* 14 funeream *Arev.*, funere ad  
*PRH*, fueram *B*, funerum *Par.*, funeram *Col. Gall.* seei *P*,  
se\*uis *R* 15 \*ac (h *eras*.) *H* preciocio *P* uacuavit non  
*R* 16 secunctati *P* conferret *P* 17 ante nullus, ubi *eras*.  
in *H* medellam *H* 18 proloquentes *H* 19 timorē *P*  
fuit *H* est om. *P* 20 correctionis *Hv* 21 potest] post  
*P*

opitulari confessio, cum legatur: in inferno autem quis confitebitur tibi? Iudas enim publicus parricida, qui, quod audere non metuit, non suum tantum parentem, sed totius mundi iugulauit auctorem, poenitudinis frustra remedium inuestigabat; quem post traditionis audaciam sententiae supplicium iam tenebat, ut securis ad arboris radices applicata, quae fructum protulit execrandum, mali roboris germen inutile funditus amputando saeuis ignibus deputeret. dementem subito correptus est in furorem, sibi mortiferum nihilominus molitus interitum, quamuis sanior ille tunc fuerit, cum nefandae coniurationis in se flagitium uindicauit, uiamque gutturis execrandi, qua uox processit inmitis uendens omnium redemptorem, faucibus nodatis adstringens, animam trabalibus laqueis expulit infelicem. parua siquidem poena pro tanto uideretur flagitio, cui nulla suppliciorum aequari ualeat magnitudo, tamen ipsum funesti genus exitii morsque pendentis ab alto cadaueris caelum negat aspici, terram uetat attingi, ut reus sceleris inauditi simul ab utrisque dignus elementis expelli nec aere frueretur ad uitam nec homo generali compositus more hominis animam dimitteret exhalatam. habet et aliud leti ista

## 1 Psal. 6, 6

1 con *P* aut *P* 2 homicida *Hv* quid *P*, d eras. in *RH*, qui *Bv* 3 quod] quem *Ludwig* quod—metuit] audere *scripsi*, audire *libri* metuit *scripsi*, meruit *libri* perentem (u m. al.) *B*  
 4 iugauit *B*<sup>1</sup> (*corr. in iugulauit*) fraist\*a (r eras.) *B* 5 uestigabat *Hv* audaciae *RH* (*fort. ex audaciē*) 6 ut *scripsi*, et *libri* arborum *PR*, *fort. arboris iam applicita* *Hv* 8 deputarat *Ludw.* dementem *PHBv*, Vtmentē *R*, mente *Ludw.* 10 molitur *v* tunc] tam *P* 11 uiamque *Arev.*, uitamque *libri* 12 execrandis *P* quia *H* uidens *H Par. Col.* redempt////em *H*, redemptionem *v* 13 nudatis *R*, nudatis *H* tra\*alibus *H*, traualibus *B* 15 illa flagitio *v* suppliorum *P* aequali *P*  
 16 istud *R* funesti *ex* fonesti *B* exitu *H* pendentes *P*, pendentibus *B* 17 apicit *P* uetatque *Hv* 18 in auditu *B* dignis *H* 19 frueret *B* umo *P*, hum\*\*o (an eras.) *H* generali\*\*\* (ter eras.) *H* compositos *H* homini *P*  
 20 anima *H* exalatam *P*, exalatum *HB*, exhalantem *v* et *om. HBv* decoris istas species *H*, dedecoris ist\*a in specie\* (s eras.) *B*; dedecoris istas in species *v*

species propriae deiectionis indicium. quod enim in sublimi fastigio necem sortitus est perfidus et desertor, patefecit ex quanto culmine sit prolapsus: nuper discipulus, modo iam reus; nuper apostolus, nunc apostata nominatus est.

5 Cum uero Dominus ante tribunal praesidis staret intrepidus, ut agnus mitis productus ad iugulum, nihil dignum morte repperiens, quod ei populus accusator obiceret, regem se dixisse, qui manifesto rex aderat, studio seditionis exclamant. nec mirari quispiam debet si plebs, amica fallaciae, ueritatem  
10 protraxit in crimen imperiumque sidereum et diuinam rennuit potestatem, quae Creatoris ingrata suffragiis lucos olim coluit, idolis obsecuta seruiuit. una quippe dementia parque uidetur insania Baal praeposuisse tunc Domino, Barabban praeposuisse nunc Christo, dumque pius occiditur impiusque ser-  
15 uatur, iustitiae mutauit uiam errans in utroque sententia: auctor mortis deputatus ut uiueret, auctor uitae deputatus ut obiret. ex hoc igitur cuncti, qui hactenus manetis infidi, Christum pro mundi salute passum fuisse iam credite, qui flagris terga sulcatus, obprobriis lacesitus, poenas omnes  
20 amplectitur, ne perire suis meritis dignus uel latro sustineret exitium.

Heu quam triste falcis acumen est, quae messem Iudaicae

1  $\tilde{q}////$  H (~ a m. 2) in om. H 2 sortitus ex sordidus  
B profidus H 3 quanta B culminus P prolapsus]  
pro eras. in H, lapsus v discipulis P 4 nunc] modo H  
est om. v 5 QVOD ANTE TRIBVNAL XPS FLAGELLIS CEDITVR R (in  
mg. alib auditur) H (auditur), Christo obiecissee Iudaeos quod regem se  
esse dixerit v 6 morti R 7 sese Bv 8 quia H, qm B  
manifeste v 10 protraxerit v crimine HBv 12 clementia  
H 13 bahal HB ba\*rabban (r eras.) H \*\*dumque (mo eras.)  
H 14 impius B 16 deputatus] est utroque loco add. Ludw.  
17 est] om. Hv igitur qui B actenus H infidi ex -de  
B, in fide v 19 post flagris ras. 4—5 litt. in H terga] eras.  
in H, om. v obprobriis (p ex b) B 20 complectitur H  
sui B 21 exitum H 22 de lauatiōne manuum Pilati v  
a\*cuñ B

posteritatis abscidit! nam qui necem Domini postulantes in se suosque filios eius sanguinem professi sunt permanere, dicentes furialiter et clamantes: sanguis huius super nos et super filios nostros, omnem fructum sui germinis damnauerunt, donec ab eis haec macula illius aqua spiritaliter 5 abluatur, cuius in eis cruor letaliter dominatur adpersus. heu nequitia tui, Pilate, facinoris, quam patraſti! qui tot in uno iudicio uel potius praeiudicio crimina commisisti, quae si prouida sanandus mente cognosceres, non solas manus abluere, sed totum iugiter corpus sacro debueras aquae spiritalis lauacro 10 perfundere. iustum iniuste diuerberas, regem praeses examinas, Deo te praeponere mortalis homo non trepidas. igitur luendi supplicii iam teneris in uinculis, quia numerosa per uulnera cruci Dominum creaturae configis, Caesaremque magis offendere quam Caesaris metuis conditorem. 15

- 12 Cumque militari Christus executioni contraditus mortis sententiae subiaceret, in ipso nihilominus cultu, quem regiae sub imaginis inlusionē suscepit, magni gerebantur sacramenta mysterii. quod enim coccineae clamidis uelamen indutus est, cruentum futurae mortis demonstrabat aspectum. spinea caput 20 eius corona circumdedit, quoniam spinas omnium peccatorum, quae humanum genus passim inuaserant, pia solus humilitate portauit. manu datam gestabat harundinem, mundano regno

3 cf. Matth. 27, 25

1 posteritatis *H*, posteritatis *ex* posteritatis *B* namque *v*  
 2 que] *om. B* 3 eius *H* 4 clamauerunt *R*, dampnauerunt *B*  
 5 aquas *H* 6 laetaliter *H*, loetaliter *B* 8 un\*o (ic *eras.*)  
*H* 9 pro uita *R*, prouicia *H* ablueres *Hv* 11 profundere  
*H* iustus *R* iniuste deuerberas *HB* 12 domino *v*  
 omo *B* quibus igitur *Bv* 13 quia *Hv*, que *B*, qui *R* cf.  
*Carm.* 14 configeris *H* 15 cesarē magis *R* 16 DE COCCINEA CLAMIDE CORONA ET ARVNDINE *R*, *om. H*, De ueste purpurea, corona spinea, arundine et uestibus Christi *v* secutioni *H*  
 17 scientiae *R* <sup>senten</sup> *corr. m. 2* cultum *H* quem *B* 18 gerebat  
*B* 19 coccinae *H* clamidis *RHB* 21 corona *om. H*  
 22 post humanū *ras. 1 litt.* (s?) *B* 23 manu *H*<sup>1</sup> (nam *corr. m. 2*),  
 nam *v* arundinem *H*<sup>1</sup> munda *R*

sceptrum uere consimile, quod pro motatione saepissima fragile,  
uacuum, leue cernitur et caducum. moxque uestibus alienis **13**  
exutus suis protinus est amictus, tamquam positurus in obitum  
corporis indumentum, quod se post paululum nouerat receptu-  
rum, nihil iam mutabile sumpturus, quippe post mortem plena  
**5** cum maiestate suae carnis rediens ac resurgens.

Nec illud a consortio diuinitatis abscedit, quod datum sibi **14**  
uinum tristi felle mixtum labris tetigit et ab ore proiecit.  
signum fuit quippe mirabile, amaram mortem Dominum degu-  
**10** stare confestimque uirus eius horribile reducis uultus auersione  
contemnere.

Igitur alto patibuli defixus in ligno iram discriminis exe- **15**  
crandi pia religione mutauit et abiecta crudelitate pax ascendit  
in crucem uiolentaque saeui roboris instrumenta suis membris  
**15** inlustrans poenam honore uestiuit, supplicium salute dedica-  
uit, ipsaque pius in se tormenta sanctificans signum in dam-  
nationem propositum fecit beatitudine consecratum. ut autem  
nullus animo peregrinetur ignaro, crucis speciem causam  
uenerationis ostendere, quae Dominum meruit adoranda por-  
**20** tare, per quattuor eam plagas orbis extendi prudenti debet

1 uenere *R*, ue\*\*re (ne *eras*.) *H* mutatione *RB* 2 **VBI**  
EXPOLIATVS CLAMIDE ET SVA INDVTVS EST VESTIMENTA *R* 3 sui  
*R* tamquam] quam *RH* positurus *ex* positurus *B* obitii  
*B*<sup>1</sup>, obitu *v* 5 nil *R* m\*tabile] *H*, mortale *B*, motabile *I Col.*  
*Par.* sumpturus mutabile *Hv* p\*\*\* *H* plena\* (m *eras*) *H*, ple-  
nam *B* prae mortem plenam *I* 6 ma\*\*state *H*, maiestatis *Par.*  
7 DE POTATIONE VINI CVM FELLE DATA *R*, cum felle data *H*, fel Domino  
datum quid signet *v* abscessit *v* sibi] sumit *v* 8 tristi]  
Christi *H*, *om.* *v* permixtum *HBv* labiis *Par. Gall. Arev.*  
procedit *H* 9 quippe fuit *v*, fuit *om.* *B* 10 uisus *H*  
reduces *R*, reduci *B* 11 contemnere *B* 12 **VBI SVSPENSVS**  
EST CRVCI *R*, *om.* *H*, Christum cruci affixum *v* alte *H*, alto *ex*  
abto *B* 15 saluti *coni. Ludw.* dicauit *v*, fort. ditauit  
16 in] *eras.* *H* damnationi (*ex damnationem*) *H*<sup>2</sup>, dampnationi  
*Bv* 17 beatitudinē *HB*<sup>1</sup> (~ *eras*.) autem] aut̃ *R*, \*\*\*is *H*,  
hic *v* 18 nullius *R* peregrinetur *B* ingnaro *R*, ignare  
*H*, igna(*ex no*)ro *B* 19 generationis *H* 20 quattuor *B*  
extendi *R*

quisque ratione colligere. caput enim Christi distentis in cruce membris expositi axis Orientis accepit, Occiduus autem limes plantis arrisit, Arctous dextera claruit, medius laeua refulsit. cunctaque prorsus mundi substantia Creatoris corpore fecundata crucis in se lineam rectis obliquisque limitibus 5 demonstrauit impletam, quam primae lucis ab origine cernitur consecuta.

**16** Cumque milites eius sibi uestimenta diuiderent, tunicam sortiti sunt quis haberet, quoniam suta non fuerat, sed de superioribus texta per omnia, nefariumque duxerunt speciem 10 tanti uiolare miraculi. legant haec scismatici profecto doctores et sciant, quid impietatis exerceant catholicam lacerando concordiam. si enim militibus sacrilegis ac funestis durum uisum est Christi carpere uestimentum, quale nefas admittunt qui ecclesiastica pace turbata ipsum Dominum Christum scis- 15 matibus diuidere non quiescunt!

**17** Titulus quoque trina linguarum significatione conscriptus, habens Hebraicis, Graecis litteris ac Latinis: hic est rex Iudaeorum, supra Dominum legebatur adpositus. quae sit etiam huius ratio sacramenti, absurdum non uidetur inquiri. 20 nec enim fugit a magno mysterio, quicquid gestum manifestatur in Christo. cur ergo tribus linguis hic titulus legebatur adscriptus, cum plures ac uarias multitudinum nationes nequa-

2 crucem *Hv*      acsis *B*      3 plantas *B*      <sup>r</sup>adrisit *H*  
 arctus *H*      dextra *Hv*, dextrae *B*      claruit *om. H*      4 mundi  
 prorsus *B*      5 fecundata *H*, iocundata *RBv*      8 DE SORTE IN  
 VESTIMENTA XPI *RH* (uestimento), *om. v*      10 dixerunt *H*, duxerant  
*v*      11 scismatici *RHB = 15*      12 sciant *ex* sentiant *H*, sciant  
*v*      quod impietates *Bv*      14 amittunt *R*, amittunt (*m eras.*)  
*H*, amittunt *B*      15 ecclesiastica *B*      17 DE TITVLO TRINA  
 LINQVARYM SIGNIFICATIONE CONSCRIPTO *R*, *om. H*, de titulo crucis  
*v*      significatione *H*      conscriptis *H*      18 hebreis <sup>ci</sup>*H*, hebreicis  
*B*      litteris Graecis *v*      19 iudeorū *B*      <sup>ci</sup>dum *ex* dñi *B*  
 20 huius etiam ratio *HB*      huius <sup>ratio</sup>sacramenti *R*      23 adscriptus  
*H*      multitudinum *Iv*, multitudinum *B*, multitudinem *RH*, multi-  
 tudine *coni. Ludw.*

quam Hierosolimae defuisse apostolicorum actuum magnitudo  
 testetur, et possit aut una interpretis diuersis lingua sufficere;  
 aut, si cunctorum uoluit oculis hoc Pilatus exponere, pluribus  
 linguarum commerciis instructam uulgi notitiam reddidisset?  
 5 sed quia non est humana dispositione perfectum, spiritaliter  
 illud sentiamus impletum. uera siquidem fides catholicaque  
 confessio, quae designabatur in Christo, unum populis regem  
 trino docebat explicari sermone; quod autem Iudaeorum regem  
 eum specialiter uerbo pronuntiat, qui supra creaturam domi-  
 10 natur uniuersam, tam saeculari causae quam rationi conueniens  
 est diuinae. primum quoniam Pilatus uel propter Caesaris  
 metum uel propter suae credidulitatis admissum, quia regem  
 dixerit quorum fuerit, definiuit, ne puro regni nomine designato  
 generaliter eum regem uideretur exprimere atque aduersus  
 15 Caesarem praedicare et tamquam in suum quoque rectorem  
 decreta morte sacrilegus extitisse. dehinc quia rex Iudaeorum  
 Christus religiose nominatur et omnis gentilitas idolorum  
 cultibus occupata, cum Christiani dogmatis meruerit sacramenta  
 sortiri, inter Abraham filios incipiet Dei filium nuncupare, cui  
 20 legitur promississe, quod eum faceret, sicut et fecit, omnium  
 gentium patrem. Iesus ergo dictus est Rex Iudaeorum, non  
 tantum praesentium, sed etiam futurorum, quia naturaliter

1 hierosolime *H*, hierusolime *B*      apostolorum *ex* apostolorum  
*B*      2 posset *RH*      una *s. l. B*      interpretes *B*      3 hic *B*,  
 hoc oculis *v*      plurimum *B*, plurimarum *v*      4 instr<sup>u</sup>ctam *R*  
 fulgi *I*, *eras. in B*      reddidisset *H*      5 set *ex* sed *H*<sup>2</sup>      seq<sup>q</sup> *B*  
 quod *v*      6 illud *om. H*      siquidem] *ras. 4—5 litt. in H*  
 7 signabatur *B*      regem — eum *om. v*, *fere eras. in H*      eum  
 regem *B*      9 speciali<sup>\*\*\*</sup> *H*, spiciali *B*, speciali ter *Ludwig in adn.*  
 creatura — uniuersa *B*      12 amissum *RHI*, admissum *corr. Iur.*  
 quia *R*, *q\*\*\* H*, qui<sup>n</sup> *B* (*a m. 2*), aquae *I*, qui *Iur.*, *q Col.*; quod se  
*fortasse rectius Gall.*      se regem *v*      13 designat<sup>o</sup> (*i eras.*) *H*  
 14 exponere *Bv*      16 quia] *qm̄ B*      17 religione *H*      18 meruit  
*P*      19 habraham *B*      incipit *v*      dei *ex* deo *B*      filium]  
 populus *v*      nuncupari *HBv*      20 promississe *H*      21 ergo] autem  
*H*      rex dictus est *R*      22 quia] qui *HBv*      naturalis *Bv*

germinis inutilem relinquentes horrorem, mox in oleam fecundae suauitatis unguento sancti chrismatis inserendi perdent amaritudinem sterilis oleastri.

- 18 Quin etiam plebs feralis et noxia, nullis animum satiata supplicii, cruentos ex utroque latere circa Dominum uiros 5 eadem statuit damnatione confixos, ut iniectas uulnerum plagas talium aceruaret iniuria personarum, licet meriti similitudinem non haberet similitudo sententiae. inter latrones namque iusto pendente carnifices trium uidetur esse par poena, sed duorum dispar est causa. illi quippe pro crimine rei sunt mundo: 10 huic ipse reus est mundus, cuius sanguine liberatus est a peccato. in illo tamen Dominus patibulo constitutus potestatis suae iura non perdidit, qui de sublimi crucis examine, uelut de regali throno, iudex aequus utrumque prospiciens et amborum merita diuini cordis lance perpendens hunc elegit, hunc 15 reliquit, non praeterita quae luebant facta discutens, sed praesentes mentium diuersitates intendens. unus enim, a quo ferocis atrocitas instituti nec in mortis discrimine declinauit, saeuis Dominum lacerabat iniuriis, dictis mordacibus execrandis, tamquam caper hirsutus uenenosis dentis attactu palmiti sua- 20 uissimae uitis inimicus, ita loquebatur inludens: si tu es Christus, saluum te fac et nos. alius uero spe meliore

21 cf. Luc. 23, 39

1 horrorem *ex* honnozem *H*, honnozem *Gall.* oleo<sup>v</sup> *B* 2 sc̃i  
*ex scae* *R*<sup>2</sup> crismatis *B* inserendi (*ex do*) *B* 3 sterilis  
(*r ex b*) *B* 4 DE DVOBVS LATRONIB. ET DISTANTIA EOR. *RH*, De  
duobus latronibus ad Domini latera crucifixis *v* post quin *ras.* 1  
*litt.* *B* 5 circa] *ci ex ea* *B* 6 ut<sup>in</sup> iectas *R* 7 acerbaret  
*Bv* 8 hab<sup>re</sup> *R* (*re a m.* 2), habeat *H*, habet *Par. Arev.* 9 ui-  
de<sup>t</sup> *B* par] *per* *H*, *om.* *R* dsed *B* 10 illi quidem *H*  
*B*, illi siquidem multo *v* 11 ipsi *H* 12 dñs (*s ex e*) *B*  
potestati *B* 13 p<sup>\*\*</sup>didit (*ro eras.*) *H* sublimis *HBv*  
15 illum reliquit *v* 16 reliquid *B* 18 mortis] *eras. in* *H*,  
*om.* *v* declinauit (*supra uit ras.*) *B* 19 execrandus *Bv*  
20 hirsutus *B* at\*ta\*tu *H*, a\*tactu (*e eras.*) *B*

modestior, qui, dum suae parcat linguæ, pepercit et poenæ,  
 supplicibus Dominum uerbis alloquitur, deflectens lumina, tan-  
 tum libera quæ gerebat, in terram, quoniam tensi uulnerum  
 5 nexus ab humilitatis officio uolentes inclinari palmas arcebant.  
 nam postquam socium, qui iam desociari meruerat, iusti ser-  
 monis increpatione redarguit suæque culpam proteruitatis  
 agnuit, Dominum sic precatur: memor esto mei, cum  
 ueneris in regnum tuum. quem pius ilico Dominus, ut  
 errantem per auia deserta pastor ouem cum gratulatione  
 10 recolligens, allocutus est dicens: amen dico tibi, hodie  
 mecum eris in paradiso. o mirabilis et diuina promissio!  
 paradysum se dicit intrare qui properabat ad inferna descendere,  
 quatenus euidentius edoceret nullum tempus existere, quo  
 Deus non ubique sit praesens. ut enim latronis animos  
 15 iam beati mortis formidine uacuaret, non tantum inquit hodie  
 mecum eris, ne sepulturam putaretur edicere, sed adiecit in  
 paradiso, ubi flore perpetuo blanda per agros ridet amoeni-  
 tas et inriguis uoluptas fontibus enutrita pulchrosque molliter  
 per hortos infusa, totum grata suauitate laetificat interque

7 cf. Luc. 23, 42

10 ib. 43

1 mo\*destior (s eras.) B 2 supplicio H, suppliciū B sup-  
 plicio ac domini I dñi B uerbis] emendauit Iuretus: ac  
 Dominum uerbis precantibus alloquitur (ac om. Gall. Arev.) defete<sup>c ns</sup>  
 B limina H 4 inclinari] om. H palmescebant I  
 5 \*ocium (s eras.) H qu\*\*am (i i eras.) H otium quæ iam  
 I desociare HI, dissociari B meru\*erat B sermones B  
 6 culpa B 7 precabatur HBv 8 dum v 9 cum gratu-  
 latione] aliñ dum in marg. R (haud dubie ad superiora cum ueneris  
 pertinent) 10 Amen, amen B 11 paradyso RH miraculis  
 H 12 parady\*um H secum con. Gall. 13 quatinus  
 B euidentius om. Bv e\*docere (t eras.) H quod R, qđ  
 H<sup>1</sup> (qđ corr. m. 2), quo\* B, quo v 14 dominus v sit ubique  
 v animum HBv 15 beatę R, beati H<sup>1</sup> beatę corr. m. 2  
 16 ne—adiecit om. Iv, rasura usque paradiso in H, Gall. lacunam  
 recte suspicatus coniecit: non tantum, inquit, (supple meminero tui)  
 sed hodie 17 agres H 18 inriguis] ex inriguas B uoluptas  
 ex -tis B pulchrosque H 19 ortos R

beatos frondibus ramos ac nullis ultra pomorum decipientes insidiis serpens ingemit ille tartareus, antiquum sine lapsu degere iam colonum. ambo igitur uariis currentes motibus ut latrones iter diuersi callis inuadunt ac locis remotioribus imminentes discretam factis uiolentiam perpetrarunt. ille fores 5 infernas intrauit, iste supernas inrupit; ille caligine profunda submersus gehennae claustra penetrauit, iste limen clarae lucis ingrediens caelorum regna diripuit.

- 19 Interea subito cunctus obscuratus est mundus, tenebris  
 repentinae caecitatis oppressus ac mesta nebularum mole per-10  
 fusus funereas dies celebrauit exequias; sol radiis remotus  
 absconditis, tetra uelatus palla, delituit orbemque luctibus alienae  
 noctis infecit. talem siquidem uultum patris orbata solatiis  
 meruerunt elementa sortiri, ut cuius ortu laetata sunt, trista-  
 rentur occasu. sicut enim Domino nascente lux claruit, ita 15  
 moriente discessit. tunc stella per diem fulsit, modo nec in  
 nocte comparuit. sed quamquam caelo terraque fugituum  
 lumen abscessit, non tamen diutius in hac remotione permansit  
 per ipsa temporis interualla suspensi, magno uisum conuenire  
 mysterio. nam sicut tribus horis mundi facies tenebris oppressa 20  
 subiacuit, ita Dominum triduo clausum tumuli sepultura con-  
 20 textit. nec tellus sine clade tunc adstitit, omnibus contreme-  
 scens fundamentis, quae talia sentiebat admitti, mundique rata

1 p<sup>o</sup>emorum *H* decipientis (cipi *in ras.*) *B*, decipientibus *v*  
 2 ingemuit *v* 3 dege\*\*re *B* ut] *eras. H*, *om. v* 4 iter]  
 inter diuersa *R* (*an ex itiner?*) 5 perpetrarent<sup>u</sup> *H* 6 inferni  
*v* caligini *Bv* profundae *Hv*, profunde *B* 7 sū\*mersus  
*H* (~ *a m.* 2) gehennae claustra *p. R*, claustra penetrauit *g. HBv*  
 lumen *Hv* 9 DE TRIBVS HORIS TENEBRARVM *RH*, de sole obscu-  
 rato, terrae motu & aceto porrecto *v* cunctus] totus *HBv* est  
 obscuratus *v* 11 ex\*equias *H* sed sol *v* 12 diluit *HB*  
 13 tamen *H* 14 meruerunt] *e<sub>2</sub> corr. ex i R* 16 disciscit *H*  
 17 fugiū<sup>ti</sup>um (*ti a m.* 2) *H* 19 suspensa *H* 20 oris *H* 22 DE  
 TERRAE MOTV *R*, *om. Hv* adstitit *H<sup>1</sup>*, asstitit *H<sup>2</sup>R*, astitit *B*  
 contremens *Bv* 23 admixti *H*, admitti (*d ex m*) *B<sup>2</sup>* sentiebat  
*B* rato *H*

uenisse iam finem dubio pependit natura sub termino, ne  
 summus scilicet apex ad inferna descendens omnem protinus  
 molem secum iugiter inclinaret in mortem atque proprium  
 comitatus auctorem praiceps in chaos mundus efflueret. sed  
 5 illa pietas diuinitatis immensa properabat clementer ad tartara,  
 quo perdita restitueret, non quo instituta deperderet. cumque **21**  
 talia cernerent euenire pericula qui Dominum ligno crucis  
 affixerant, nequaquam expauere tot signa, tot praesentis metus  
 inaudita prodigia. quin insuper cum potum sitiens postularet,  
 10 unus de plebe nequissima spongiam calamo nexuit et acetum  
 eius ori porrexit. o quam Iudaeorum menti nequissimae liquor  
 fuit ille conueniens, qui deteriora secuti uel infima pro culpa  
 scilicet infidelitatis manzeres sunt uocati! sicut enim uina  
 suauias, cum fuerint in acetum triste conuersa, cunctis a men-  
 15 sarum poculis repulsa iactantur, ita gens ista feralis et impia,  
 quae priscis temporibus Deo placuerat, nunc odibilis et nimis  
 est execranda.

Vt ergo beatae Dominus omnia passionis impleuit, animam **22**  
 protinus suam sancto de corpore uolens ipse deposuit, eam  
 20 uoluntarie rursus ipse sumpturus, ut fecit, quoniam mortuus  
 quidem fuerat sed uiuebat, membris obeuntibus non diuinitate  
 defunctus. audiamus ex eius persona Iohannes euangelista  
 quid referat; ait enim Dominus ad discipulos suos: propter

23 cf. Ioh. 10, 17, 18

2 summis *H*      4 comitatus *B*      effuer<sup>s</sup>& *B*, afflueret *v*  
 6 restituerat *H*      non quo] *R*, quo *eras. H*, *om. v*      DE SPONGIA  
 CVM ACETO ORI XPI PORRECTA *R*, *om. Hv*      7 periculis quae *H*  
 8 expauerunt\*o\* signa *H*, expauerunt. O signa *Bv*, ob signa *conu.*  
*Arev.*      9 inauditu *R*      qui *B*      sciens *H*<sup>1</sup> (sitiens *corr. m. 2*)  
 10 saeuissima *HBv*      11 iudeorum *B*      12 infirma *v*      13 man-  
 zeres] *e*, *corr. B*, manzires *I*      enim] *eras. H*, *om. Bv*      15 po-  
 \*ulis *H*, populis *Bv*      tangens ista *I*      i\*sta *H*      16 nuc<sup>n</sup> (n  
*a m. 2*) *R*      et] cum *B*, ac *v*      17 est] *ẽ m. 2 supra l. H*  
 18 VBI EMISIT SPM *RH*, Christus expirat, uelum templi scinditur, sancti  
 resurgunt *v*      20 ipse rursus *v*      post sumpturus, ipse *eras. H*  
 21 quidam *H*      23 qui *B*

hoc me Pater diligit, quod ego pono animam meam  
 et iterum accipiam eam. nemo tollit eam a me, sed  
 ego pono eam a me: potestatem habeo ponendi eam  
 et potestatem habeo iterum accipiendi eam. hoc  
 mandatum accepi a Patre. quis itaque possit dubitare 5  
 uel audeat eum, cui suam ponere licuit animam cum liberet,  
 potuisse quoque resumere cum placeret, et hanc in sese magis  
 operari uirtutem, quam dignatus est in plurimis demonstrare?  
 reserantur fores ecce tartareae Christo ueniente deiectae, patet  
 inferna retro iam semita, rumpuntur saxa, finditur terra, 10  
 uacuantur sepulchra corporibus, reuiuiscit turba sanctorum; et  
 ne fides defecisset in credulo, agnoscitur resurgentium multitudo.  
 23 tunc illud quoque templum mirabile, plenum religionis anti-  
 quae, maioris templi culmina cecidisse conspiciens, uelut alum-  
 nus tristis et ingemens proprium defleret auctorem, discisso 15  
 protinus uelo nudum cunctis pectus ostendit, interiora scilicet  
 euidenter arcana gentibus reseranda significans et populis  
 fideliter adfuturis, quoniam lex, quae sub Moyse uelamine diu  
 tecta permansit, Christo nobis adueniente perclaruit. dic age,  
 mors tristis et impia, nunc ubi tua sit feralis illa uictoria, 20  
 nunc ubi stimulus execranda tibi seruiens ad sepulchra, quae  
 a primae generationis interitu nullis umquam saturata funeri-  
 bus humanum genus inuadens miserae soles fragilitati poe-  
 nali semper ditione dominari? ecce nunc ad Christum tu  
 pessima non uenisti, sed ad te Christus ultro descendit, cui 25  
 sine morte licuit mori, qui cuncta gignens, cuncta constituens

2 et] *ras. in H, om. v* nemo — ponendi *om. v* 5 dubitari *H*  
 6 non audiat *v* libere\* (t *eras.*) *H* 7 conplaceret *B* 9 pa-  
 tent inferni — semite *H* uenie *B* 10 findi\*\*t̃ (in *eras.*) *B*  
 11 reuiuiscit *Bv* sanctorum *om. Bv* 12 credulos *H*, credulis  
*Bv* 13 VBI VELVM TEMPLI SCISSVM EST *R* 14 maiores *R*  
 culmina] \*\*\*mina *H*, cum mina *I* 15 deflerat *v* discisso *R*  
 17 euidēt̃ (~ *ex corr.*) *H* archana *libri* populus — adfu-  
 turus (i a m. 2) *R* 18 Moysi *Arev.* 19 adueniente\* (m *eras.*)  
*H* praeclaruit *HBv* 22 a *ex ea B* primo *v* 23 mi-  
 serere *H*, misere *B* 24 tu] *om. Bv*

te solam liuidam non creauit. scriptura quippe uenerabilis dicit: Deus mortem non fecit. originis igitur tuae si materiem cupis agnoscere, serpente patre conciperis et culpa genitrice procrearis, sed indulgentia nunc regnante consumeris.

5 Interea Domini spiritus iam de corpore migrarat ad tempus, 24  
frigidaque crucis in robore Christi membra pendebant, et ad-  
huc furor arma non deserens inimicae manui lanceam sub-  
ministrat ictuque nefario latus Domini plaga uiolauit infixam,  
altum uulnus aperiens ac defossum, per quod sanguis pariter  
10 et aqua fluxerunt. o quam catholico dogmati sociatur haec  
causa! o quantum Trinitatis fidei conueniunt haec sacramenta!  
corpus namque sanguis et aqua tria uitae nostrae sunt mu-  
nera. omnes enim, qui Christo duci nos tradimus, in aquarum  
15 fonte renascimur eiusque corpus et sanguinem sumentes edi-  
mus ac potamus, ut templum sancti Spiritus esse mereamur.  
nam et Paulus apostolus ita loquitur dicens: an nescitis,  
quia templum Dei estis et Spiritus Dei habitat in  
uobis? quod ut Dominus iubeat templum nos immaculatum  
gerere supplicemus, quatenus angustos et tenues tantus man-  
20 sor sibi faciat idoneos et capaces.

2 Sap. 1, 13

16 I Cor. 3, 16

1 libidam <i>BI</i>	2 Dominus <i>HBv</i>	fecit] (f, c <i>in ras.</i> ) <i>H</i>
igitur] $\tilde{t}$ s. l. <i>B</i>	3 materiam <i>HB</i>	conciperis] i, <i>ex e corr.</i>
<i>R</i> , conceperis <i>Col. Par.</i>	culpā <i>B</i>	4 genitrice] <i>B</i> indul-
gentiam <i>B</i>	consum*eris (m <i>eras.</i> ) <i>B</i>	5 VBI LATVS XPI LANCEA
PERFORATVR <i>RH</i> , de lancea in latere Christi <i>v</i> (latus <i>Gall.</i> )		migrat
<i>RH</i> , migravit <i>B</i> , migrarat <i>v cf. v. 285</i>		7 manui <i>ex munui B</i> ,
manus <i>v</i>	9 altum <i>om. B</i>	apperiens <i>B</i> defossum <i>B</i>
sanguis <i>ex -nis B = 12</i>	10 et] <i>om. R</i>	aquae <i>Bv</i> satiatur
<i>B</i>	11 quāantum <i>B</i>	fide <sup>1</sup> <i>H</i> sacramenta] <i>in marg. ai</i>
secrata <i>R</i> , sacrata <i>HBv</i>	12 uitae] nostrae <i>om. R</i>	13 duce
<i>v</i> nos tradimus] nostram <i>H</i> , nostr{ <i>B</i> , nostro <i>v</i>		in—edimus]
<i>in mg. add. B</i>	14 eiusque] que <i>eras. H</i> , <i>om. v</i>	15 s. spiri-
tus templum <i>Hv</i> , templum <i>om. (?) B</i>	16 Apostolus Paulus <i>v</i>	
17 quoniam <i>Bv</i>	spiritus sanctus <i>HBv</i>	18 iub& <i>B</i> 19 qua-
tinus <i>B</i>	20 sibi <i>om. B</i>	

25 Postquam igitur thesaurum corporis pretiosi depositum sacer locus ille suscepit, qui Domino ibi iacente nobilis claruit, resurgente nobilior triumphauit, generatio fallaciae iam deuota consuetum sub impio corde nefas excogitans Christum nocturno silentio discipulis iactitat rapientibus auferendum, ut sicut 5 ipse praedixerat, diem uulgaretur surrexisse post tertium. hac itaque Iudaei furtiua suspicione perterriti plurimam petunt custodiam sollertius adhiberi tumulique fores et ianuam fida nimis obsidione uallari. si nondum post crucis acerba supplicia, post ferri plagas et uulnera, post mortalem corporis 10 sepulturam, cruentum, carnifices, implestis officium nec odium post innocentis exitum saturastis iniustum Dominumque potentiae singularis, qui totiens animas eduxit ab inferis, suam reuocaturum potius non probatis: in peiorem partem consilia uobis apta peragite, fouete sensibus dolos perfidiae nutrimentis 15 armatos, sepulchri claustra signate, uigilias militares adponite, monumentum saxo praecludite cunctaque malignis, ut facitis, dispositionibus instruente dicite: quis Deum poterit custodire, cui cuncta reserantur, nihil obstruitur? regnat in caelis, imperat fretis, dominatur et inferis. quid itaque, tumultus in- 20

1 DE LOCO SEPULTURAE CORPORIS DNI RH, Corpus Domini conditum sepulcro adhibita custodia militari v posquam B tesaurum (h a m. 2) H 2 ante Domino, a eras. B ibi] om. Hv 3 iam] eras. H, om. Bv 4 consuetum] om. R 5 rapientibus] eras. H, om. Bv 6 resurrexisse R postertium (t a m. 2) H 7 ac H, haec v, hac con. Arev. Iudei B suspicione ex susceptione H<sup>t</sup> 8 petant H 9 acerua HIB u in b corr. 11 implesti<sup>a</sup> B exitum H, exitum v 12 saturasti<sup>a</sup> B, saturatis Col. Par. que] qui v d\*\*m\*\*\* potentiae H 13 quotiens RHv eduxerit R 14 potius reuocaturum v concilia Hv 15 apta] om. R 16 sepul claustra R, sepulchris cl. B 17 monimtu<sup>u</sup> (o ex u) B 18 dominum v 20 et] om. HBv itaque perfidis v

condite, perdis opus excubiis et labore? quid fidem niteris explorare, quam non uis, etiam cum probaris, admittere?

Interea illud triste post sabbatum coeperat dies inradiare **26**  
festius, qui Domino dominantis gratissimus nomen ab eius  
5 maiestate sortitur, dictus hoc honore Dominicus, quippe qui  
tantum consecutus est dignitatis, ut primus meruerit intueri  
mundi nascentis originem et resurgentis Christi uirtutem.  
sic enim liber Geneseos, rerum manifestus assertor, die septimo  
sabbatorum a suis requieuisse Deum dicit operibus. apparet  
10 ergo perspicue, quod caput orbis iste sit dies, a quo primario  
per ordinem definitum numeratur septimus sabbatorum, quem  
gloria regis aeterni tropaeo quoque suae resurrectionis inlustrans  
primatum cum religione concessum dierum censuit retinere  
cunctorum. huius lucis ortu conspicuo mater uirgo cum ceteris **27**  
15 mulieribus fideliter congregatis, quae munus pariter ferentes  
aromatum Domini uenerant ad sepulchrum, lacrimis ora sulca-  
bant, pectus gemitibus commouebant. moxque locum conspi-  
ciunt sepulturae uacuum corpore iam patere, sed mira plenum  
redundare uirtute. de caelis angelus namque descenderat et

1 labore\* (m *eras.*) *H*, laborē *B* finem *v* niteris\* *H*  
expoliare *B* 2 nobis etiam comprobaris ammittere *R*, nouis etiam  
c\*probaris a\*mittere (m *eras.*) *H*, quam noles etiam cum probares am-  
mittere *B*, quam nobilis etiam comprobaris ammittere *I*, *em. Iur.*,  
etsi iam comprobaris a. *coni. Hartel* 3 DE RESVRRECTIONE DNI *RH*,  
De resurrectione die dominico et angelo tumulis adstantibus *v* Interea  
coeperat i. t. *Hv* (ceperat *H*) 4 fest\*\*\*is *H*, felix *v* irā-  
diare festis quæ *I* domino s. l. *R*<sup>2</sup> dominantis (i<sub>2</sub> *corr. uid.*)  
*R* 5 domi///nicus *H* 6 "meruerit" primus *H* 7 mundi  
*H* resurgenti *H* 8 hic enim *v* gene<sup>8008</sup> (gene in *ras.*)  
*B* manifestus] mundi] factus *B* 9 requieuisse (ie s. l.) *H*  
10 caput *om. R*, capud *B* sit si *B* 11 definitus *Bv* 12 tro-  
peo *R*, tropleo (?) *H*, tropheo *B* 13 religione] li s. l. *B* con-  
sult *H*, consult *B* 14 DE MULIERIBVS QVAE VENERVNT AD MONV-  
MENTV ET DE VISIONE ANGELI *R*, *om. H* 15 fideliter] s. l. *B*  
qua *HB*, quia *v* 16 Domini] dum *v* uenerunt *HBv* sul-  
cabant (t in *ras. m. 2*) *B*, sulcabat — commouebat *Hv* \*ora (h *eras.*)  
*H* 19 namque angelus *v*

a tumuli foribus euoluto mirabilis residebat in saxo, uultu  
 flammeus, uestimentis albatus, ut gemina uidelicet diuersitate  
 resplendens terrorem pariter laetitiamque monstraret, terrorem  
 profecto custodibus ignea facie comminatus, laetitiam quae-  
 rentibus Christum niuea uestis iucunditate blanditus. ergo 5  
 mulieres angelica reuelatione firmatae Dominum gaudent  
 28 reuixisse post mertem. milites autem tali uisione perterriti  
 uitam nequeunt retinere in ancipiti discrimine constituti de-  
 sertaque continuo statione praecipites urbem repetunt, miracula  
 referentes gratisque manifesta renuntiant. postquam fidem 10  
 pretio uendiderunt, in fallaciam permutantur ignauam, moxque  
 Christi discipulos nocturnae quietis insidiis aucupatos eum  
 diripuisse confingunt. dic, nefande custos et improbe, fare,  
 scelerata legio, quid mediteris adstruere, quae studio pecuniam  
 conquirendi foueam tui casus non uides et periculi, quantum 15  
 supplicii merearis ignoras, cum mauis neglegens uideri quam  
 uerax. constat enim te fuisse peruigilem, sollicitum, perspi-  
 cacem, numquam lumina somno flexisse, nisi labori uicibus  
 perfouendo proximus rite collega succederet, ita locum excu-  
 biis communisse, ut nullis adiri posse fraudibus appareret. num 20  
 Christus, ut audes falsa uoce componere, nocturni operis tem-  
 pore te quieto suorum manibus raptus est a sepulchro, cuius ibi

1 a\* (d *eras.*) *H* tumuli *ex* tumulo *B* resedebat *H*  
 5 iocunditate *RH'B* blanditus] b *in ras.* *B* 7 post *B*  
 autem] *eras.* *H*, *om.* v DE FVGA MILITV ET MENDACIO EORVM *R*,  
*om.* *H* perterri *H* 8 ancipiti *ex* ancipite *B* ne nequeant  
*coni.* *Ludw.* 9 petunt *R*; repetunt *om.* *H* 10 \*\*ferentur (re  
*eras.*) *H*, (feren *in ras.* m. 2) *B*, perferentes 1 *Gall.* 11 ignauam v,  
 ignauiam *R*, ignau\*am *H*, ignauia *B* 12 insidias *R* occupatos  
*H* 14 meditaris *H* asstruere *RB*, astruere *H* peccuni\*  
 (a *eras.*) *H*, pecuniae *Bv* 15 conquirend\* *H*, conquirendae v  
 cui *Hv* non uides] \*\*n̄ fides *B* pericli *Bv* 17 uera *B*  
 enim] tunc m. al. *in ras.* *B* 18 nise *ex* nisi *B* 19 proximos  
*B* suaderi *B* 20 nullus *H*, nullis *ex* nullus *B* posse\*  
 (t *eras.*) *R*, posse *ex* -set *B* num] nam si *HBv* 21 au\*dis (i  
*eras.*) *H* nocturnis *R*, nocturnos *H* 22 te] *eras.* *H*, s. l. *B*,  
*om.* v e sepulchro *Bv*

lintea, cuius adiacent uelamenta, circa cuius residet angelica  
 uirtus exuuias? an beatum corpus ille, qui rapuit, prius exuit  
 et nudauit, celerius arbitratus detectum posse subduci quam  
 ligatum, sicut manebat, auferri, cum sit mora furtis rapacibus  
 5 inimica potueritque cautius et latenter cum suis quoque Domini  
 uelamentis auferri. mentita est iniquitas sibi. habet  
 tamen ista res gratiam figurati sensus egregiam. Iudaeis ete-  
 nim Christum spiritaliter constat ablatum, quem nos tota  
 mentis et pectoris deuotione portamus. plange, Iudaea, tuos  
 10 itaque sacerdotes, plange ministros et populum, quae pro tan-  
 tis deserta flagitiis non iam tuba gaudebis, non unctu firma-  
 beris, non sacrificiis perfrueris. cuius spe namque uirtutis  
 tibi tuba perflabitur, cum regem uideas interemptum? quis  
 unctus ultra iam dabitur, cum ipsius unctus amiseris princi-  
 15 patum? quae uictima ferietur, cum uictima fuerit pastor ipse  
 mactatus? discedat synagoga proprio iam colore fuscata:  
 Christus sibi pulchram niueo decore sociauit ecclesiam. haec 29  
 honorem Mariae praesentat et gloriam, quae, Domini cum  
 claritate perspicua semper mater esse cernatur, semper tamen  
 20 uirgo conspicitur. huic sese Dominus ilico post triumphum

## 6 Psal. 26, 12

2 ad excubias (ad s. l. m. 2) *R*, exuuias *ex* excubias *H*, exuuias  
 (uu m. al. in ras.) *B* exiuit *PB*, exuit *H* 3 aruitratus  
*P* 4 auferri] *sequitur rasura duorum versuum, incerta litterarum*  
*uestigia adhuc exstant H* manebat auferri mentita *v* 5 cautis  
*P* suisq; *P* 6 ini<sup>i</sup>quitas *B* 7 post iudeis ras. in *B* 9 pec-  
 toris] corporis *P* portam *P*, portamus *ex ras. H<sup>2</sup>* 11 gaudebis]  
 clangebas non iuncta firmaueris *P* uncto *HBv* ante tuba ras. 1  
*litt. B*, post tuba, tibi s. l. *B* 12 namque] poenamque *H*  
 13 intemptum *P* 14 unctus iam ultra *v* uncti\* *B*, unctis  
*Par.*, uncti *Gall. Arev.* principatū\* (s *eras.*) *P* 15 q̃\*\* *H<sup>2</sup>*  
 16 sinagoga libri 17 ecclesiam *P* LAVS SCAE MARIAE MATRIS  
*R*, om. *H* 18 honore *P* Mariae\* (s *eras.*) *H* praes\*\*tat  
 (en *eras.*) *H* praestat ad gloriam *Bv* Domini] om. *PHBv*  
 19 conspicuam *P*, prospicua *Hv* \*\*semper (et? *eras.*) *H* cer-  
 nitur *H* 20 sese] om. *B* hilico *P* postriumphum *H*

resurrectionis ostendit, ut pia genetrix et benigna talis miraculi testimonium uulgatura, quae fuit nascentis ianua, dum uenisset in mundum, haec esset eius et nuntia deserentis infernum.

- 30** Mox deinde conuiuio cum quibusdam uelut praeteriens uiator interfuit, atque confractione panis eorum se sensibus et oculis publicauit, quia cum uerus ipse sit panis, illis luminibus innotescit, quos fides interior reserans ac detegens ad  
**31** agnitionem Domini gratiae claritate perducit. frequenter etiam diuersis temporibus et momentis manifestum sese discipulis demonstrauit: nunc uescentibus inopinus apparens, nunc obusti piscis et faui cibos accipiens, quatenus euidentius edoceret res esse corporis dapes, quas edendo uidentibus approbauit illa se membra nunc gerere, quae nuper gesserat ante.
- 32** Rursus idem, cum metuentes apostoli plebis, quae Dominum saepe negauerat, uiolentam sustinere saeuitiam, clausis domus ianuis permanerent, obseratis adstans foribus inprouisis, pacem cunctis dedit salutatione sermonis, ut afflictis laetitiam tribuens repensam, quod prophetica uoce signauerat, approbaret,

1 genetrix *P*      miraculis *B*      3 inferna *HBv*      4 **QVOD**  
**IN FRACTIONE PANIS SIT DÑS AGNITVS** *R*, de fractione panis ubi dñs fuit agnitus *H*, Christus discipulis apparet, fauum et piscem manducat  
*v*      uel<sup>ut</sup> preteriens *R*      5 confractioe] in fractione *Bv*, in *ex*  
*cnm*(?) *H*      se *om. RB*      6 quia] *p B*      cum] quod *HBv*  
illis] *eras. H*, *om. v*      7 innotescet *P*      \*nterior (a *eras.*) *H*  
reserans] reserant *P*, inserens *v*      detegens] alib detege] *in marg. R*,  
detergens *PH*, detegens *v*      8 **DE FAVO MELLIS ET PARTE PISCIS ASSI**  
*R*, *om. H*      9 manifesta *P*      10 demonstrauit *om. P*      abusti  
*B*, adusti *v*      *post* combusti *sequuntur in P* tale genus—*Dei cf.*  
*p. 300, 9*      11 faui cibos] faucibus *P*      quatinus *PB*      edoceret  
euidetius *Hv*      edocere *P*      12 res] *om. R*      sedendo *P*  
13 \*illa *H*      nun *B*      ante] mortem *Hv*, mortēf *B*      nun-  
*p* gefert ante *XV P*      14 **VBI INGREDITVR AD DISCIPVLOS CLAUSIS**  
**FORIBVS** *RH* (*post* saeuitiam *inscr.*), Christus ostendit plagas suas  
discipulis *Par. Col.*      Rursus—saeuitiam *in ras. B*<sup>2</sup>      contumentes  
*P*      dñs *P*, dñm *B*      15 saepe dominum *R*      uiolentia *P*,  
uiolentiam *H Par. Gall.*, uiolentā (a *corr.*) *B*      clausi\* (s *eras.*)  
*H*      16 obtrusis *H*, obstrusis *Bv*      17 laeuitiam *P*      18 re-  
pensam *H*, repentinam *v*      prophetia *B*      adprobare *P*

quia cor contritum et contribulatum Dominus non relinquet. moxque manus aperuit perforatas, plagam lateri nudavit infixam, ne phantasma crederent, si uulnerum indicia non uiderent.

- 5 Quoniam uero Thomas aequae uenerandus apostolus, quem **33**  
 Didymum uocabant, ibi non aderat, et talia sociis referentibus non credebat: ecce Dominus eodem postmodum residente cum fratribus in motis se denuo foribus repraesentat, qui numquam spiritaliter ab ipsis abscesserat, coramque  
 10 cunctis uisus in medio non dedignatur morem gerere trepidanti discipulo: palmisque rursus et latere demonstratis tactu uulnerum patitur se probari, magis hinc agnitus, quod ipse sit Christus, quia dubitantis animum placida fouit lenitate susceptum. quisquis enim dolos artifices caeca sub imagine  
 15 fraudis exercet uanasque nebulas et figuras ad decipiendas instruit mentes incautas, non uult inquiri, non uult sua facta cognosci, quo lateat sub nubis uelamento fallacis, oculosque compositis miseros simulacris inludens odit sollicitos, si apprehendi coeperit, et amicos. Dominus autem uerax in omnibus  
 20 Christus etiam credere dubitanti mitissimus, non irascitur ambigenti, sed ut digitos quoque mergat in uulnera, leni

1 cf. Psal. 50, 19

1 humiliatum *Hv*      2 relinquit (er *eras.*) *H*, relinquit *R*  
 apperuit *B*      perforatos *P*      planga *P*      3 mundauit *P*  
 fantasma *libri*      4 uiderent] *sequitur ras. 2 fere uersuum in P*  
 5 VBI THOMAE MONSTRAT LATVS PERFORATVM ET FIXVRAS CLAVORVM *R*,  
*om. H*      apostolus (*o, ex u*) *B*      6 nuncupant (ba *eras.*) *H*,  
 nuncupabant *B*, nuncupant *v* (*except. Col.*)      8 foribus] fratribus  
*R*      repraesentat] *re eras. H*, praesentat *v*      10 usus *H*  
 11 tactū (~ *eras.*) *B*      12 cognitus *R*      13 Christus sit *HB*  
 qui *Bv*      animam—susceptam *Hv*      placita *R*      14 artificis  
*Hv*      16 post incautas, uult inquiri *eras. H*      inquiri non uult  
*om. Bv*      17 quo *B*, non *R*, *ras. in H*, quod *v*, num *Ludw.*  
 lateant *coni. Ludw. in adn.*      18 miseris *H*      inludens (1 a m. 2)  
*R*      fort. sollicitus *cf. Carm.*      19 amicos] amictos *v*, uox mihi  
*suspecta Gall.*      20 dubitandi *HI*      21 ambigendi *R* (t a m. 2),  
 ambigendi *H*      uulnerali *H*      leni *cm. v*

facilitate concedit, sciens huius probationis exemplum non ad Thomae tantum, qui fuerat iam beatus, sed ad fidem deinceps pertinere multorum.

- 34 Post paucos iterum Dominus dies Petro piscanti cum sociis ad marinum sese litus ostendit, totaeque noctis labore perui-<sup>5</sup>gili nullam cernens fessos habuisse capturam, dextrum retia dimitti iubet in pelagus, confestimque clauso gurgitis salo piscosae congregationis inmensa crepantes sinus eduxere cum praeda, quam ante Domini gaudentes proiecere uestigia. tale genus ergo miraculi non uulgari facto sentiri, sed typica debet<sup>10</sup> intellegentia ponderari. retia siquidem credamus praecepta Dei lucida nimis atque perspicua, quibus omnes dextera sec-  
35 inclinati. nam et piscis supra prunas adpositus, eodemque panis in loco simul ab ipsis inuentus catholica religione<sup>15</sup> cernitur non carere. nam piscis aqua uidetur intellegi, qua nos ablui certum est ac renasci, panis Christum significat saluatorem, cuius eodem corpore uescimur ad salutem. ignis Spiritus sancti gerit imaginem, quo deuoti consecramur ad fidem. in eadem namque specie demonstratus effulsit, cum<sup>20</sup> beatos apostolos, sicut liber eorum Actuum protestatur, clara

1 facile *Col.* 2 tom<sup>h</sup>ae *H*, athome<sup>h</sup> *B* fuerit *B* tam  
beatus *v* 4 VBI DIX PETRO LAXA RETIA AD DEXTERAM *RH* (in  
dext.), Christus piscanti Petro in dextram iacere retia iubet *v*  
item *Bv* piscante *H* con *B* 5 marit<sup>o</sup>nū *B* totaq;  
(o a m. 2) *R*, totoq; *H* peruigili] perpili *Iv*, forte peruigili uel  
perpeti *Iur.*, perpero *coni. Gall.* 6 capturas ex -rū *B* 7 pell-  
lagos (*ras. 1. l.*) *B* 8 immersa *v* crepantes (it a m. 2) *H*,  
crepitan<sup>i</sup>tes *v* 9 procere *H* 10 tipica *P*, typica *H* 11 cre-  
damus] a ex i *R* 12 dilucida *v* dextra *HBv* sectantes]  
*fort. stantes* 13 a] *om. H*, et *v* fluctibus //////////////// ruentis *H*  
(*ras. 7—8 litt.*) Christi *addidi*, post clauduntur *ras. 3 litt. in H cf.*  
*v. 399* 14 inclinati *H<sup>i</sup> corr. in* inclinata VBI EXPONIT DE  
PANE PISCE ET PRVNIS *R*, *om. H* 15 chatholica *H* religione]  
ratione *mauult Mign.* 19 quam *H* 21 beatus *H* apo-  
stolos (o<sub>3</sub> ex u) *R*, apostolos *B*

sui diuinitate perfudit. tunc ad epulas eos sumendas inuitat placida solemnium praeceptione uerborum, qui mensae Domini mox unanimes congregati cibos sanctae benedictionis accipiunt et Christum plena fidei ueritate cognoscunt.

5 Cum uero modicis surrexissent dapibus competenter impleti, **36**  
 Petrum Dominus, an eum diligit, clementer interrogat. cui protinus annuente cupiens greges utpote bonus pastor augere, tamquam fidelissimo nimis operario uel probato suas oues agnosque commendat. et haec tertio repetit ac reuoluit, ut  
 10 recentioris culpa trina negatio parili dilectionis purgaretur ex numero. quod autem Petro specialiter alendi gregis tribuit dignitatem, cum probetur omnes aequae diligere, non ad aliorum pertinet detrimentum, sed rationi uidetur esse coniunctum. hoc animal namque mitissimum pro simplicitate naturae iustus  
 15 est comparatum, quos, cum uenerit in maiestate sua rex omnium, taliter a dexteris adstantes, sicut ipse docuit, alloquitur: uenite, benedicti Patris mei, possidete regnum paratum uobis a constitutione mundi, et cetera. ingressuros igitur iustos in regnum consequenter illi commen-  
 20 dat, cui clauas se daturum eiusdem regni promiserat.

Inde monitis eos beatis erudiens et pacificae roborans tradi- **37**  
 tione doctrinae per omnes imperat terras religiosae fidei

17 Matth. 25, 34

1 perfudit *H*      2 placida] s. l. *R*<sup>2</sup>      pceptione *B*      3 mox  
*ras. in H*, uoce *v*      unianimes *H*      4 ///plena\* (m *eras.*) *H*  
 5 VBI TER INTERROGATUR PETRVS A DOMINO SI EVM DILIGAT *RH* (ter  
*om.*), Oues et agnos Petro alendos Dominus mandat *v*      insurrexis-  
 sent *v*      6 ///cui *H*      7 utpute *R*, ut *v*      pater (*ex pote*) *B*  
 pastor bonus *v*      9 reppetit *H*      10 recentiori *HB Par. Arev.*  
 cupae *B*      parili] li *eras. H*, pari *Bv*      11 Petrus *I*      gre-  
 ges *v*      13 pertinet ad detrimentum *v*      esse] *om. R*      15 est]  
*eras. H, om. v*      comperatum *B*      16 ad *B*      dextris *HBv*  
 alloquitur *HBv*      17 possedete *H*      18 contitutione *H*      18 para-  
 tum uobis regnum *HBv*      etc. *v*      19 ingressurus *H*      21 VBI  
 DIXIT DNS ITE DOCETE GENTES *RH*, Pacem seruandam discipulis man-  
 dat *v*      beatus *H*<sup>1</sup> (*corr. in os m. 2*)      pacifice *H*      traditionē  
*H*      22 imperans *Bv*      religione *H*

praecepta dispergere sacrique baptismatis unicam trinitatem cunctis gentibus praerogare, sic inquiring ac decernens: data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia, quaecumque mandauit uobis, et cetera.

38 Cumque diuinitatis omnia mandasset impleri, mox in Bethaniam iisdem pariter eductis egressus coram beatis protinus uiris, qui tanti uisionem triumphi meruere sortiri, per oras 10 euectus aetherias, arcem siderea dominationis ascendit et ad dexteram patriae residet maiestatis, totumque proprio regit et gubernat arbitrio, qui cuncta iugiter excelsa possidens ac profunda post caelum descendit ad tartarum, post tartarum remeavit ad caelum. ob hoc igitur uoluit hisdem praesentibus 15 ad astra migrare (quantum paruitatis meae dignatur sensibus aperire), ut iter eis qua sequerentur ostenderet, quibus ante passionem sibi dicentibus: Domine, nescimus quo uadis, quomodo possumus uiam nosse? respondit euidenter et dixit: ego sum uia et ueritas et uita. uia, quoniam 20 per eum Patris peruenitur ad gratiam. ueritas, quia credentibus tribuit quae promittit. uita, quoniam morti non

2 cf. Matth. 28, 18 seq. 18 Ioh. 14, 5

2 prorogare *H<sup>1</sup>Bv* 4 eas *R*, eos *HBv* 6 obseruare *Bv*,  
 conseruare *Ludw.* omnia *om. B* 7 & c<sup>~</sup>r *B*, etc. *v*  
 8 DE ASCENSIONE D<sup>~</sup>NI *RH*, Ascendit Christus in caelum coram omni-  
 bus *v* diuinitas *v*, dominus *susplicatus est Gall.* 9 hisdem  
*RB*, isdem *H* 10 uiris] uersis *H* uisione *B* horas *R*,  
 horas *I*, \*\*ra\* *H*, auras *Ludw. cf. Lachm. ad Lucr. III 405*  
 11 aethereas *H<sup>1</sup>v* 12 dextram *v* reside<sup>t</sup> *H* siderea  
 residet maiestatis *R* 13 arbitro (?) *H* pfunda *B* 14 ascen-  
 dit *R* post profunda spatium <sup>1</sup>/<sub>2</sub> uers. *H* 15 in caelum  
*Bv* ob ex ab *B* isdem *H*, hidem *B* 17 apperire *HB*  
 eisdem *v* 20 uia ueritas *B* uita Q<sup>m</sup> *B* 21 peruenit<sup>~</sup> *H<sup>1</sup>*  
 (~ *add. m. 2*) ueritatēque *B* 22 tribuet *v* quē<sup>m</sup> *H*  
 \*\*morti *H*, et morti *v*

subiacent quos adoptat. laetissimi intuentes ergo discipuli  
 Dominum supra nubes excelsum coruscus siderum tractus  
 propriis deuicto mundo calcare uestigiis uenerantur supplices  
 et adorant, redituque gratissimo famulatas eius gressibus  
 5 aerei tramitis plagas, quas oculis uiderant, reuoluunt cordibus  
 et reportant cunctas monituri gentes, ut credant. testes nam-  
 que fideles et maximi diuinae probantur esse uirtutis, qui  
 facta Domini Iesu Christi uidentes innumera nobilium scrip-  
 serunt pauca gestorum. nam si religiosi omnia potuissent  
 10 chartis innecti nostri miracula Saluatoris, nec ipse forsitan  
 mundus, sicut Iohannes euangelista testatur, qui scriberentur,  
 uolumina caperet uniuersa librorum.

11 cf. 21, 25

1 Laeti////////// *H*, laetis////////// *B*, laetis uultibus *v*      2 corusco<sup>f</sup>  
 siderum trac\*us (ta *eras.*) *R*, "cos siderum "corus tr. *H*      3 deuoc\*to  
 (o<sub>1</sub> in i *corr.*, c *ex alia littera*) *B*      uenerant *RH*<sup>1</sup>, uenerantur  
*H*<sup>2</sup> *v*      4 familiae *v*      5 ærii<sup>the</sup> *B*      ante tramitis *ras.* 1-2 *litt.*  
*B*      quas *B*      uiderent *H*, uiderunt *v*      reuoluunt *B*  
 6 cuncte *B*, cuncti *v*      monitu rigentes *R*<sup>1</sup> (*corr. m. 2*), morituris  
 gentes *B*, generis uiris ut gentes *v*      7 & magni\*\*dinæ<sup>ui</sup> (tu *eras.*)  
*B*      8 innumerabilium *v*      10 cartis *libri*      annecti *v*  
 forsitan\* (t *eras.*) *H*      11 qu\*\* *H*      12 caperent *H*      EXPLICIT  
 LIBER QVINTVS SEDVLII DE CARMINE PASCHALI *R*, INCIPIIT EPISTOLA  
 SEDVLII *H*, EXPLICIT PROSA SEDVLII *B Iur.*



# APPENDIX.

---

I. CARMINA AD SEDVLIVM SPECTANTIA.

---

II. EXCERPTA EX REMIGII EXPOSITIONE IN  
PASCHALE CARMEN.

---

# I.

## CARMINA AD SEDVLIVM SPECTANTIA.

### I. TVRCII RVFI ASTERII CARMEN.

- 1 Sume, sacer meritis, ueracis dicta poetae,  
 Quae sine figmenti condita sunt uitio,  
 Quo caret alma fides, quo sancti gratia Christi,  
 Per quam iustus ait talia Sedulius.
- 5 Asteriique tui semper meminisse iubeto,  
 Cuius ope et cura edita sunt populis.  
 Quom quamuis summi celebrent per saecula fastus,  
 Plus tamen ad meritum est, si uiget ore tuo.

### II<sup>a</sup>. VERSVS BELLESARII SCOLASTICI.

- 1 **S**edulius Christi miracula uersibus eden **S**  
**E**micat, inuitans paruae ad solemnia mensa **E**

2 cf. Sedul. p. C. I 17      2 cf. Sedul. p. C. I 2 sq.

I. Cf. de carminis auctore meam de Sedulii poetae uita et scriptis  
 commentationem p. 31 sq., de notarum siglis indices supra descriptos.

INCIPIUNT VERSVS EIVSDEM (scil. Asterii) G, sequentes eiusdem indi-  
 cant asterii uersus in summo folio 45 incipiens Q (Paris. 8319 s. XI  
 cf. Riesii Anth. lat. 491), VERSVS ASTERII b in mg. 1 Summe Od  
 pater d Cellarius ex cod. Cantabr. ueracia Sirmond (ad Ennodium  
 epp. I 24) al. 3 sancti quo cod. Arntz. 4 agit b, tot

Reg. 2 per] o c 5 Astriique (e a m. 2) F iuuet te  
 Withofius 6 cura haec edita cod. Arntz. tedita b, didita con.  
 Barthius, fort. tradita 7 quae cod. Arntz. celebrant F<sup>1</sup> corr. m. 2,  
 caelebrent b factos Reg. 2, fasti Cellarius cum nonnullis

8 est om. Pbd II<sup>a</sup>. VERSVS BELLESARII SCOLASTICI Γ (m. s. IX) F  
 HP' (= Paris. 8094 s. XI ex collatione Riesii) Reg. 6 (= Vat. Reg.  
 2078 s. IX cf. Peiper, Alcim. Avit. p. CXVII), <sup>I S I L I</sup> V S B S R SCOLS DI-  
 SCIPVLI Sedulii E, INCIPIT VERSVS BELLESARII SCOLASTICI K, ITEM R'  
 = Reg. 15 B XIX (cf. infra p. 309), inscript. eras. in ΓΓ, om. C  
 DO Reg. 1 cf. Prol. 2 parua duo mss. Barthii (cf. Adv. LIII 5)  
 Poelm. sollempnia DR'

	<b>D</b> ignum conuiuiam, non hunc, qui carperet illu	<b>D</b> ,
	<b>V</b> ix quod nobilium triplici fert aula parat	<b>V</b> ,
5	<b>L</b> aetum quod ponit sub aurea tecta tribuna	<b>L</b> ,
	<b>I</b> n quo gemmiferi totque aurea uasa canistr	<b>I</b>
	<b>V</b> iuida pro modico portant sibi prandia uict	<b>V</b> ,
	<b>S</b> ed quod holus uile producit pauperis hortu	<b>S</b> .
	<b>A</b> t post delicias properant qui sumere magn	<b>A</b> ,
10	<b>N</b> ituntur paruum miserorum spernere germe	<b>N</b> :
	<b>T</b> utum quod nihil est (tutum nil uentre tumesci	<b>T</b> ),
	<b>I</b> nsidias membrisque mouent animaeque ludent	<b>I</b> .
	<b>S</b> i tamen his dapibus uesci dignantur egeni	<b>S</b> ,
	<b>T</b> emnat diuitias animus paucisque quiesca	<b>T</b>
15	<b>E</b> xemplo adsumptus Domini, qui milia quinqu	<b>E</b>
	<b>S</b> emotis cunctis modicis saturauit ab esci	<b>S</b> .

3 conuiuium *DFPR'*, conuiuiū *C*, conuiuium *K*, conuiui\*\* (a a m. 2) *H* quia *P'* carperet *ΓC²EFG²HR'Υ*, caperet *Reg. 2*, carpis et *C¹DG¹*, carpere s& *K*, carpescat *P'*, cappit et *cod. Barthii.*, carpsert *Arev.* 4 uix ad *CDFGKP'* *Reg. 6*, uix quam *Reg. 2* tripli *D* profert triplici *ΓEΥ* *Poelm.*, praefert tripliici *Reg. 2*, profert aulaea *Reg. 1* 5 ponet *CFGHKO* *Reg. 2*, poneret *P'*, spondit *Reg. 1* subque *cod. Barthii* 6 tot *Γ* fort. recte <sup>u</sup>area *F* 7 uuida *EOΥ* *Reg. 1. 3. 6*, uita *F¹H¹K¹*, uiui *Mabillon* sibi *om. F* gaudia *nonn. editt.* uita duo *mss. Barthii* 8 sedq. *C* <sup>h</sup>olus *E*, uilis unus *Barthii* pauperes *F* (*corr. m. 2*) ortus *ΓDFG¹PR'* 9 et *E 2*, ad *K*, aut unus *Barthii* apud *Ott. 2*, fort. per dilitias *ΓDG²KP'R* 10 nititur *H¹* *corr. m. 2* 11 tantum *Reg. 1*, totum *coni. Arev.* quo *E 1. 2* *Reg. 6* nihil] nil *FH¹P'*, nubem (est *om.*) *C* tutum *scripsi*, dum cum nil *CDG* (nihil a m. 1) *HP'* *Reg. 1*, dum nil cum *ΓE 1. 2* *KOΥ* *Reg. 6*, nihilum dum *coni. Arev.* in uentre *Reg. 2*, conuescendo *R'* *Ott. 2* tumesat *E 2* 12 insidiis *Reg. 2* menbris *C*, membras *E 2*, uentrisque unus *Barthii*, que *om. rell.* mouent *scripsi*, remouens *E 1*. moueat *R'*, mouens *rell.* animaequi *Reg. 6*, que *om. ΓE 2 O* lau- denti *ΓC*, luenti *GKT*, ruenti *Fabr.* 13 dignatus *CDFK*, dignatur *EGHP'*, dignanter *Υ*, dignantur *ΓR'* *Arev. cum Romanis* (?) aegenis *ΓR'* 14 temptat *P'*, teminat *E 2*, tempnat *plerique* diui\*\*as *C* pacisq; *R'* 15 assumptus *ΓΥ*, assumpsit *O* quo *CD* *E 1 GK* *Reg. 3* quinque *plerique* 16 satiauit *Poelm. Fabr.*

II<sup>b</sup>.

1	S	edulius Domini per culta noualia pergen	S
	E	n loca prospexit multo radiantia flor	E:
	D	iscurrit per prata libens, quo gramine Dau	D
	V	idit diuino modulantem carmina cant	V.
5	L	audabili psallente uiro refluit cythara me	L.
	I	lle ubi grandisoni captus dulcedine plectr	I
	V	ritur et celeri graditur per lilia pass	V
	S	acratosque iterum late conspexit amoeno	S,
	A	eterna Christi fluuios quos abluit und	A,
10	N	ec passus torpere diu doctoris acume	N,
	T	unc sua Dauticus delectus plectra poposci	T

1 cf. Verg. Ecl. I 71      3 cf. Sedul. epist. ad Maced. p. 2, 13

11 ib. p. 3, 12      11 cf. Sedul. p. C. I 23 sq.

II<sup>b</sup>. *Sequitur nullo spatio intermisso in CHK, post spatium 1 uel plur. uers. in DFG, praecedit priori in E 2 R', inscr. om. P' Reg. 1, 6; carmen om. ΓΕΙΟΤ: INCIPIUNT VERSVS LIBERATI SCOLASTICI DE SEDVLIO R' (Cod. Reg. Mus. brit. 15 B XIX s. IX cf. Zangemeister, Bericht über die Durchforschung der Bibliotheken Englands p. 31), INCIPIUNT VERSVS LIBERATI SCOLASTICI EX VTRAQVE PARTE ANACROSTICI* Liberti *unus Barthii, Liberii v* 1 *cuncta unus Barthii Mabill.* gaudens *Reg. 6* 2 *perspexit E 2 R' Reg. 1 c, conspexit Fabr.* multa *EFm* radiantia *DEGHP'R' Reg. 2. 6 m* 3 *discurrunt C* pata *F, petra R'* quod *CFGHP'* 5 *modolantem CP', moderantem E 2 fm duo Barthii, moderantur R' carmini K, carmine Poelm.* 5 *laudabili CDFGHKP' Reg. 2. 3. 6 unus Barth. Poelm.,* laudis *E, laudis et R', laudis hic fm, laudis hoc unus Barth., laudis ceu Reg. 1, laudato Fabr., laudes hoc Arev.* uiri *Reg. 1 fm* refluit *E 2 H Reg. 1 fm, refluunt CDFGK* crihereme *C* cythere *DF, cythare GHK Reg. 1, cythara E 2 fm* 6 *grandissoni DFP', gradisoni H* ducedine *K* plecthri *DP', pulchri Reg. 2* 7 *exceleri E 2 R'* 8 *sacroque C* lacte *libri Barthii, Poelm.,* lucos *coni. Arev.* prospexit *Reg. 1, conspexerit R', cõplexit C* amenus *C, amõnos (e a m. 2) D, amenos m, amomos E 2 cf, hamos R'* 9 *aeterno Reg. 3, aeternam Reg. 6* fluuios *CE 2 FK,* fluuio *GH Mab.* adluit *CDK Reg. 6, habuit G* 10 *Nam C DFG<sup>A</sup>HKP' Reg. 2. 3* nec *E 2 f* torpore *CF cfm libri Barthii* ductoris *Poelm.* 11 *Non sua libri Barthii* suo *C* dautico delectu *ER' (dilecto) mf (dilectu), diletus K* plectra *C*

	I rrita polluti contemnens numina mund	I.
	S igna crucis fronti ponit breuiterque triumpho	S
	T angit, Christe, tuos numerosaque praemia liba	T.
15	E rgo dum uario decorat sua rura color	E,
	S tabunt hi garrula dicti testudine uersu	S.

## III. [CARMEN DE INCARNATIONE].

1	Omnipotens genitor  tandem miseratus ab alto Postquam cuncta dedit caelo constare sereno, Omnibus in terris  diuinum aspirat amorem, Semper honore pio nomen  Natique Patrisque
5	Ornare et canere  paribusque in regna uocari Auspiciis, hinc progeniem uirtute futuram Egregiam, et totum quae legibus occupet orbem. Ne tamen in terris  mortalia pectora turbet Ignotum numen , Deus aethere missus ab alto
10	Mortalis uisus  potuit  quantusque uideri.

12 cf. epist. ad Mac. 2, 7 s.      13 cf. Sedul. I 343      1 Aen.  
V 727 (alto est)      2 Aen. III 518 (uidet)      3 Aen. VIII 373  
4 Aen. VI 116 (Nati R γ 2 b)      5 Aen. VII 256      6 Aen. VII 257  
(huic progeniem uirtute)      7 Aen. VII 258 (uiribus)      8 Aen. III  
56 et IV 412 (m. pectora cogis)      9 Aen. IV 574      10 Aen. IV 277,  
II 591 (qualisque uideri)

*C* = *codex Paris. lat. 13047 s. VIIIII (olim S. German. 841)*

12 polliti *E*      contempsit<sup>p</sup> *E*, contempsit *DR'cfm*      nomina *K*  
13 tange *K*      triumphus *G'*      vv. 14—16 desunt in *C*      14 tang&  
*D*, tange *K*      numeroq; *R'*, numeros sacri *Reg. 6*      premia pleri-  
que      15 ergo is *E 2 cfm Ott. 2*, ergo his *R' Poelm.*      uaro (o in  
*ras.*) *m*      uera suo *D*, uera sua *FK Reg. 2. 3*, sua sura *Reg. 1*, uera  
*GP'c*, uerarua *Reg. 6*, sua membra *nonn. editt.*      decorantur uera  
*Mab.*      16 Stabant *DGP'*      in *D Reg. 1 c*      hi *E 2 GHm*,  
bi (?) *K*, om. *F'*      garrula *DGHKP'R' Reg. 1*, garula *E 2 Reg. 3. 6*  
*fm*, gracili *Fabr.*, parua *coni. Riesius*, fort. querula      ducti *E 2*  
*cf Rom.*, dicta *Reg. 2*      testitudine *P'*      III. 1 *Inscriptionis auctor*  
*est Martenius, qui centonem hunc Vergilianum primus edidit in Am-*  
*pliss. Collectionis t. IX. p. 1—14*      6 hinc om. *C*      progeniemque  
piã *C'*, prolemque *suprascr. m. 2*      futura *C*      8 nec amen *C*  
9 aetherae *C*

- Virgo matura fuit, iam plenis nubilis annis,  
 Cui genus a proavis ingens| nomenque decusque,  
 Intemerata toris|. talem se laeta ferebat,  
 Casta pudicitiam| miro seruabat amore.
- 15 Huic se forma Dei|, caelo dimissus ab alto  
 Spiritus, intus alit et casto corpore miscet.  
 Ante tamen dubiam| dictis solatur amicis:  
 Alma parens|, mundi Dominum paritura potentem  
 (Nam te digna manent generis cunabula sancti),
- 20 Vade, ait, o felix nati pietate|, quocumque uocaris,  
 Auspiciis manifesta nouis|! hic uertitur ordo,  
 Huius in aduentu fides| et fama perennis.  
 Dixerat: illa| pauens oculos suffusa nitentis,  
 Suspirans imoque trahens a pectore uocem
- 25 Virgo refert: |haut equidem tali me dignor honore  
 Non opis est nostrae| nec fas|, nec coniugis umquam  
 Praetendi taedas aut haec in foedera ueni.  
 Sed post iussa Deum| nihil est, quod dicta recusem.  
 Accipio agnoscoque libens|: sequor omina tanta
- 30 Promissisque Patris exsequar caelestia dona,  
 Admiranda Dei tantarum munera laudum.  
 Panditur interea domus omnipotentis Olympi

11 Aen. VII 53 (matura uiro)      12 Aen. XII 225 (cui *MRybc*),  
 II 92      13 Aen. III 178 (intemerata focis), I 503      14 Ge. II 524,  
 Aen. VII 57 (miro properabat amore)      15 Aen. IV 556, Ecl. IV 7  
 (c. demittitur alto [dimittitur *R*])      16 Aen. VI 726, 727 (et magno  
 corpore m.)      17 Aen. V 770      18 Aen. II 591, cf. Aen. VI 621  
 19 cf. Aen. VI 71, III 105      20 Aen. III 480, Ecl. III 49      21 Aen.  
 III 375 (manifesta fides), 376 (is)      22 Aen. IX 79 (set *M*, sed *P*  
*ybc*)      23 cf. Aen. II 705 *al.*, I 228      24 Aen. I 371      25 Aen.  
 I 335 (haut *M*)      26 Aen. I 601, IV 338      27 Aen. IV 339  
 28 Aen. VI 461 (sed me)      29 Aen. VIII 155, IX 21      30 Aen.  
 V 863, Ge. IV 1 caelestia dona| Exsequar      31 cf. Ge. IV 3 et Aen.  
 VIII 273      32 Aen. X 1

11 natura *C*      13 fort. tori      16 et *om. vulgo*      casto se *C*  
 25 haud tali equidem *coni. Arev.*      27 praetendit aetas *C*      28 et  
 post *coni. Arev.*      30 patriis *C*      sequar haec *coni. Arev.*  
 31 ammiranda *C*

- Sideream in sedem, terras unde arduus omnis  
 Aspicit|, et natum| uerbis compellat amicis:  
 35 Nate, meae uires, mea magna potentia solus,  
 Nate|, mihi quem nulla dies ab origine rerum  
 Dissimilem arguerit|, comitem complector in omnis.  
 Te sine nil altum mens inchoat|: omnia mecum  
 Aeternis regis imperiis|; et quidquid ubique est,  
 40 Nulla meis sine te quaeretur gloria rebus:  
 Omnia sub pedibus, qua sol utrumque recurrens  
 Aspicit oceanum, uertique regique uidebunt.  
 Quae tibi polliceor|, neque est te fallere quicquam,  
 Haec tibi semper erunt| uatum praedicta priorum:  
 45 Nec mea iam mutata loco sententia cedit.  
 Nascere praeque diem ueniens age, lucifer, alnum;  
 Nascere|, quo toto surgat gens aurea mundo.  
 Vnde etiam magnus caelorum nascitur ordo.  
 Nascere|, ut incipiant magni procedere menses,  
 50 Ne maneant terris| priscae uestigia fraudis,  
 Prospera| uenturo laetentur ut omnia saeclo.  
 Adgredere o magnos (aderit iam tempus) honores:  
 Aspera tum positis mitescent saecula bellis  
 Pacatumque reges patriis uirtutibus orbem.  
 55 Haut mora: continuo Patris praecepta facessit,  
 Aethere se mittit| figitque in uirgine uultus,

33 Aen. X 3 (4 aspectat)      34 Aen. II 372      35 Aen. I 664.  
 665      36 cf. Aen. IX 281      37 Aen. IX 282, 277 (comitem  
 casus)      38 Ge. III 42      39 Aen. I 230, I 601 (nec)      40 Aen.  
 IX 278      41 Aen. VII 100      42 Aen. VII 101      43 Aen. IX  
 201, Ge. IV 447 (quicquam *MR*)      44 Ecl. V 74, Aen. IV 464  
 (priorum *FPγabc*)      45 Aen. IX 220      46 Ecl. VIII 17  
 47 Ecl. IV 9 (ac toto)      48 cf. Ecl. IV 5      49 Ecl. IV 12 (et in-  
 cipient)      50 Ecl. IV 31      51 Ecl. IV 52      52 Ecl. IV 48  
 53 Aen. I 291      54 Ecl. IV 17 (reget)      55 Ge. IV 548 (matris)  
 56 Aen. IX 645, XII 70

33 sideriam *C*      37 dissimile *C*      40 quaeritur *C*      45 caedit  
*C*      50 priscae *C*      51 saeclo *C*      53 mitescunt *C*      54 paga-  
 tumque *C*

- Nec mortale tuens, afflata est lumine quando  
 Iam propiore Dei|. nam tempore eodem  
 Matri longa decem tulerunt fastidia mensis,  
 60 Et noua progenies| mox clara in luce refulsit.  
 Mox etiam magni| processit numinis astrum,  
 Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.  
 . . . . .  
 . . . . .  
 Ille dies primus leti primusque salutis  
 Monstrat iter| uobis ad eum|, quem semper acerbum,  
 65 Semper honoratum| cuncti| celebrate fauentes.  
 Annua uota tamen| noctem non amplius unam  
 Haut segnes| uigilate, uiri|, dapibusque futuris  
 Luce palam| cumulate piis altaria donis.  
 Hac uestri maneant in religione nepotes.  
 70 Iamque egomet patris| sedes arcemque reuiso.  
 Accipite ergo animis atque haec mea figite dicta,  
 Ore fauete omnes| et huc aduertite mentem.  
 E diuerso sedem quotiens uenietis in unam,  
 Vndique collecti|, pacem laudate frequentes.  
 75 Cogite consilium|, cocant in foedera dextrae,  
 Qua datur| pacis solum inuiolabile pignus.  
 Discite iustitiam|, aeterna in pace futurae

57 s. Aen. VI 50 (sonans—numine) s. 58 Ge. I 483 59 Ecl.  
 IV 61 (menses) 60 Ecl. IV 7, Aen. I 588 (claraque) 61 Ecl.  
 IX 47 62 Aen. II 694 63 Aen. IV 169 (primusque malorum)  
 64 Aen. II 388, V 49 65 Aen. V 50, VIII 173 66 Aen.  
 V 53, Aen. I 687 67 Aen. XI 64, IV 573, I 214 68 Aen.  
 IX 153, XI 50 (cumulatque) 69 Aen. III 409 (hac casti)  
 70 Aen. II 760 71 Aen. III 250 72 Aen. V 71, VIII 440  
 73 cf. Aen. II 716 74 Aen. II 414, XI 460 75 Aen. XI  
 292 76 Aen. XI 293, 363 77 Aen. VI 620, XII 504 (aeterna  
 gentes in pace futuras)

58 propiora C post v. 6 lacunam statuit Riesius 64 ad eo  
 C aceruorum C 65 caelebrate C 67 Aut C signes C  
 73 uenientis C 76 Condatur coni. Buecheler, qua detur Riesius,  
 fort. dabitur

- Concordes animae|, si non iurita dicta putatis.  
 Nulla dies usquam memori uos eximet aeuo:  
 80 Mortalem eripiam formam| et praemia reddam  
 Fortunatorum nemorum sedesque beatas.  
 Non eritis regno indecores, nec uestra feretur  
 Fama leuis|, mecum pariter considerare regnis.  
 Urbem quam statuo, uestra est|: intrare licebit.  
 85 Nusquam abero, et tutos patrio uos limite sistam:  
 Idem uenturos tollemus in astra nepotes.  
 Quae uero nunc quoque uobis|, dum uita manebit,  
 Praemia digna feram|? non uobis numine nostro  
 Diuitis uber agri rerumque opulentia derit.  
 90 Fundit humo facilem uictum iustissima tellus  
 Prouentuque onerat sulcos atque horrea uincit,  
 Floret ager, spumat plenis uindemia labris,  
 Exuberant fetus| ramos frondentis oliuae:  
 Quotque in flore nouo pomis se fertilis arbor  
 95 Induerit, totidem autumno matura tenebit.  
 Non liquidi gregibus fontes, non gramina derunt,  
 Et quantum longis carpent armenta diebus,  
 Exigua tantum gelidus ros nocte reponit.  
 Haec sunt, quae nostra deceat uos uoce moneri.  
 100 Viuite felices| et condita mente tenete.  
 Haec ubi dicta dedit|, mox sese attollit in auras

78 Aen. VI 827, X 244 (putaris)      79 Aen. IX 446 (umquam)  
 80 Aen. IX 101      81 Aen. VI 639      82 s. Aen. VII 231 (erimus) s.  
 83 Aen. I 572      84 Aen. I 573, III 254      85 Aen. II 620 (tutum  
 patrio te limine)      86 Aen. III 158      87 Aen. V 724 (manebat)  
 88 cf. Ge. III 22, Aen. VII 261 (n. u. rege Latino)      89 Aen. VII  
 262 (Troiaequae)      90 Ge. II 460      91 Ge. II 518 (oneret—uin-  
 cat)      92 Ge. II 6      93 cf. Aen. VI 808 uel VII 428      94 Ge.  
 IV 142      95 Aen. IV 143 (induerat—tenebat)      96 Ge. II 200  
 97 Ge. II 201      98 Ge. II 203 (reponit *M b l c t*)      99 Aen. III 461  
 (liceat)      100 Aen. III 493, 388 (tu)      101 Aen. VI 628 *al.*, IV 176

79 extimet *C*      85 auero *C*      tuto patri suo *C*      87 uobis  
 quoque nunc *Riesius coni.*      90 homo *C*      91 honerat *C*  
 93 exuberant *C*, fort. exsuperant      94 quodquae *C*      96 deerunt  
*C*      97 dibus *C*

- Suspiciens caelum, caput inter nubila condit.  
 Atque ita discedens terris animisque suorum  
 Concretam exemit labem purumque relinquit  
 105 Aetherium sensum atque aurai simplicis ignem.  
 Ex illo celebratus honos, laetique minores  
 Seruauere diem| atque haec pia sacra quotannis  
 Matres atque uiri|, pueri inuptaeque puellae  
 Carminibus celebrant| paterisque altaria libant.  
 110 Ast ego| qui cecini magnum et mirabile numen,  
 Haec eadem gentique meae generique manebunt.

102 Aen. XII 196, IV 177      103 cf. Aen. IX 40      104 Aen.  
 VI 746      105 Aen. VI 747      106 Aen. VIII 268      107 Aen.  
 VIII 269, V 59 (mea)      108 Aen. VI 306, 307      109 Aen. VIII 303,  
 XII 174      110 Aen. I 46 *al.*, cf. Ge. IV 566      111 Aen. IX 302  
 (matrique tuae)

103 discedens *C*      106 celebratos *C*      107 sagra quodannis *C*

---

## II.

EXCERPTA EX REMIGII EXPOSITIONE  
IN PASCHALE CARMEN.

In catalogo uirorum illustrium id est in libro, quem beatus Hieronymus inchoauit, sed Paterius discipulus eius perfecit, ibi legitur quis fuerit iste Sedulius. Fuit enim primo laicus saeculari sapientiae deditus; postea ad Deum conuersus scripsit hunc librum quasi per dirocheum id est duplicem refectionem, de ueteri et nouo testamento. Et sciendum, quia prius prosaice fecit, postea metrica composuit et praetitulauit eum paschali carmine, consecrans Macedonio presbytero. Mos enim erat apud antiquos, ut sua scripta sapientibus et nobilibus conferrent, ut eorum auctoritate roborarentur et ab aemulis saluarentur. Docuit autem in Asia, <sup>10</sup> partim in Italia. Modo facit epistolam ad Macedonium. Decurso .i. finito, participium est sine uerbi origine. Censeas .i. iudices. Seueritatis .i. grauiditatis. Obiurges .i. reprehendas. Sufultus .i. adiutus, fulcio est adiuuo inde fultor dicitur ab adiuuando. Paschalis .i. euangelicae. Maiestatis .i. Christi, <sup>15</sup> sicut apostolus ait: Pascha nostrum immolatus est Chri-

Epist.  
p. 1, 3

16 I Corinth. 5, 7

*A* = cod. Monacensis (ol. Tegerns.) 19456 s. X.

*B* = cod. Monacensis (ol. Windberg.) 22307 s. XI.

INCIPIT EXPOSITIO REMIGII IN OPVS CARMINIS PASCHALIS *A*, INCIPIT GLOSA SVPER SEDVLIYM *B*; cf. *Prol.* 5 dyrocheum *A* cf. *Prud. Ditt. I* (ed. Dressel) id est *A*, .i. *B* (*passim*) 6 quod *A*<sup>1</sup> corr. m. 2 7 cū *B* 12 .i. add. *A*<sup>2</sup>, om. *B* 13 grauitatis <sup>di</sup> *A* 14 adiuuo<sup>u</sup> (u a m. 2) *A*

stus. Pelagus, pelagus dicitur profunditas maris, sed hic  
 pro profunditate diuinitatis ponitur. Tyro, nouellus miles p. 2, 1  
 et rudis, qui nouiter ad militiam Christi uenit. Lintre, nauicula;  
 translatiuis uerbis utitur .i. metaphorice. Superius dixit 'immen-  
 5 sum pelagus' profunditatem mysterii paschalis, modo dicit 'parua  
 lintre' pro 'paruo ingenio'. Expurgem, excusabo. Modo se  
 excusat apud Macedonium, qualiter ausus fuit prosaice hunc li-  
 brum componere, post metrica. Audacem, praesumptuosum.  
 Deuotum, humilem. Portum ideo pectus nuncupat, quia sicut  
 10 in portum multae conueniunt naues, ita et in pectore multae  
 geruntur cogitationes. Naufragium .i. nullam heresim incidisse.  
 Occupatus, detentus... Non utilitati .i. non doctrinae spiritali.  
 Sed inani .i. saeculari sapientiae. Deprehenderem .i. tribu-  
 erem. Lusibus, ludos uocat saecularia carmina. Fabricam  
 15 .i. me fabricatum ab eo. Condiuit, saliuit, repleuit. Oculos  
 cordis uisum animi dicit. Dicitur autem oculus quasi ocior lux,  
 quod cito intenta respiciat, siue quod palpebris occultentibus pro-  
 batur occultus. Sentes: sentes sunt spinae, dum similiter  
 dicuntur truncatiue spinae et pluraliter declinantur, inde dumosi  
 20 agri .i. spinosi. Per sentes dumosi agri .i. per saecula-  
 rem doctrinam. Nisu .i. conamine. Cultum .i. obsequium.  
 Procella, sollicitudine; procella dicitur unda a percendo .i. p. 3, 7  
 percutiendo, eo quod mentes hominum percussat. Aegros an-  
 helitus .i. suspiria similiter sicut et uos. Quamuis ipsi:  
 25 honorat Macedonium dicens 'ipsi' pro 'ipse'. Igniculum in  
 me: uos, inquit, cogitatis me habere aliquem igniculum prudentiae.  
 Silicis: silex est petra durissima, ex qua ignis egreditur. Ne p. 4, 3  
 non carerem .i. ut non carerem. Creditam .i. datam mihi  
 a Deo. Ingenium suum uocat quantitatem unius talenti; euan-  
 30 gelicam parabolam tangit, ubi dicitur: homo quidam peregre  
 proficiscens uocauit seruos suos e. d. d. t. a. d. a. u. Per .V.  
 talenta .V. sensus corporis intelleguntur, per duo intellectus et  
 operatio, per .I. intellectus tantum, quia quidam sunt quibus datur  
 intellectus sine gratia operandi. Hi sunt qui quasi fodiunt illud

in terram, quando aliis non manifestant, hoc est quod dicit 'lue non carerem', culpa illorum scilicet, qui talentum infodiunt. Procliuioris lubrici .i. inclinationis. Vnum accipitur pro fixo, quasi diceret 'procliuioris lubricitatis', non est in usu. Lubrum dicitur rasile lignum .i. non planum, unde lubrica res 5 non plana, unde labimur, sed hic pro peccato ponitur. Clipeus dicitur maius scutum; clepte graece furari, inde clipeus ἀπὸ τοῦ

p. 5, 9 κλέπτειν τὰ σώματα .i. furando corpora. Mellitum, dulcoratum. Viam libertatis appellat catholicam fidem, ubi est uera libertas. Qua occasione .i. siue per metrum siue per prosam; prosa 10

p. 6, 2 uero est soluta oratio. Egregius dicitur quasi e grege electus, qui pro suo merito et sanctitate segregatur a grege, et sicut eximius ab eximendo .i. separando. Remissioribus alis .i. inmissioribus pennis. Aquila quando alte uolat, extensas tenet alas, quando uero ad terram, retrahit sibi alas, ita et tu non debes 15 semper altas legere scripturas. Hoc dicit propter suum carmen.

p. 7, 4 Antistare dicimus praecellere, inde antistes dicitur eo quod anteit praecellens omnes. Tyrocinio id est primo tempore; tyrocinium dicimus primum tempus militiae; tyrones dicuntur rudes milites .i. pueri, qui exercebant se ad palum in campo Martio 20 et faciebant ictus aliquando caesim, aliquando punctim, et qui eos instituebat campidoctor uocabatur. Pacatus .i. pacificus, quia eo tempore, quando Sedulius fecit hunc librum, Alani et Wandali uastabant Italiam. Astutiam .i. prudentiam, astutia dicitur

p. 8, 2 ab 'astu' nomine indeclinabili. Gallicanum aequae .i. similiter 25 presbyterum sicut alii. Mitissimum .i. ualde mansuetum, mitis dicitur quasi mutus. Eruditus .i. rudis dicitur nouus, inde eruditus quasi de rure sublatus .i. ab ignorantia ductus et in doctrinae sinibus collocatus. Simplicitatem columbae s. habet Laurentius, quia ad hoc uigilat, ut non alium decipiat, ab alio non 30 decipiatur sicut columba. Vere felicem: alludit de nomine poeta.

3 inclinationis <sup>r</sup> A corr. m. 2      6 clyppeus B      7 clepte] fort.  
 clepere cf. *Anecd. Helv.* p. 238, 12      clepsin to somata A, clypsyn  
 to s. B      11 e] a AB      12 segregatus A      21 caesi—puncti  
 AB      22 campidoctor (u a m. 2) A      23 qn̄ A, qn̄m B  
 alani (man <sup>man</sup> a m. 2) A      Wantandali A      24 aüstun̄ A, austu  
 B      25 indeclinabile B

Idoneos .i. formatos, idos graece, forma latine. Hieronymus ad nobiles et praeclaras feminas .i. ecclesiasticas trans mittebat sua scripta, quales fuerunt Chromatius et Heliodorus, Paula et Eustochium. Domicilium, domicilium dicitur solarium proprie p. 9, 3  
 5 eo quod in superiore parte domus sit uelut cilium in eminentiori parte corporis. Syncletices, praenomen. Ministrae, diaconissae. Syncletos graece consul uel senator, inde Syncletia senatrix. Allecta .i. associata. Alludit ad nomen, cum dicit senatu, quia sena uocabatur in praesenti, in futuro angelico senatu perfrui  
 10 mereatur. Castum .i. restrictum; castum dicimus strictum, econtra incestum dissolutum. Refertum .i. repletum. Posset et docere etiam, et apostolus prohibet mulieres docere in ecclesia dicens: Mulieres in ecclesia taceant. Nomine meritoque: p. 10, 6  
 alludit de nomine. Perpetua enim erat nomine et perpetua merito.  
 15 Teneram, iuenculam. Nuptae .i. sponsatae, quia nupta mulier ornatos debet habere habitus. Huc usque ex persona Mace- p. 11, 2  
 donii loquitur, hinc ex sua persona. Deterreas .i. timere facias; deterrere enim est aliquem minando expellere. Implesti per syncopam pro impleuisti. Omnia omnibus factus es, sicut  
 20 apostolus: Factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus, gentilibus tamquam gentilis. Omnia omnibus factus sum ut omnes saluos facerem. Non dicebat hoc, ut eos inuitaret, sed quia uolebat, ut omnes salui fierent. Iactura .i. damnum; iactura proprie dicitur, quam p. 12, 1  
 faciunt nautae in mari. Tempestate enim orta <onera> proiciuntur  
 25 in mare, ut leuigetur nauis. Ne pigeat .i. ne pigrum te faciat. Anchoram .i. firmitatem. Metaphoram seruat, quia superius dixit gurgitis profunditatem paschalis carminis, modo dicit 'anchora' pro fortitudiue. **ΚΥΡΑ** graece manus, inde anchora manus ferrea, quae mordens terram facit stare nauim immobilem. Pascha  
 30 nostrum. Pascha Iudaeorum erat, quod ad uesperam immolabatur. Pascha nostrum est Christus, qui immolabatur pro peccatis nostris,

13 I Cor. 14, 34

20 cf. I Cor. 9, 20. 22

1 latine] .i. <i>AB</i>	3 scriptura <i>AB</i>	eliodoros <i>AB</i>	Paula
<i>B</i>	6 syncletices <i>B</i>	pnom̄ (i a m. 2) <i>A</i> , pnom̄ <i>B</i>	24 onera
addidi	25 leu&ur <i>A</i> <sup>1</sup>	26 infirmitatem <i>A</i> <sup>1</sup> <i>B</i>	

sicut dicit 'Pascha nostrum' .i. Christianorum, non Iudaeorum  
 'immolatus est Christus'. Illi habebant pascha pecuinum, nos uero  
 p. 12, 1 diuinum. Cum dicit cum patre et spiritu sancto demonstrat  
 eos in diuinitate esse aequales, quia Arriani dicebant 'gratia patri  
 in filio', filium minorem patre asserentes.

5

## IN LIBRVM I.

v. 1—9 Paschales .i. sollemnes. Metaphorice alloquitur lectorem sub  
 specie conuiuiae inuitans ad paschale carmen ueluti ad cenam.  
 Paschales uocat dapes caelestia mysteria. Dignatus, participium  
 pro uerbo .i. dignare. Accubitare dicit, quia antiqui cubando 10  
 prandebant. Supercilium: cilium dicitur pars corporis .i. pellis,  
 qua teguntur oculi; 'cillere' dicunt Graeci mouere, inde cilia dicun-  
 tur a mouendo, sicut palpebrae a palpitando. Hinc supercilia  
 dicuntur pili, qui superminent oculis. Ponitur hic supercilium pro  
 superbia, quae maxime oculis deprehenditur. Pone pro depone, 15  
 et est aphaeresis. Hoc carmen ideo paschale uocat, quia illius  
 agni facta narrat, qui 'pascha nostrum immolatus est Christus'.  
 Cognoscas .i. intellegas; inter cognoscere et agnoscere hoc  
 distat: cognoscimus quos nunquam uidimus, agnoscimus quos iam  
 uidimus. Amicum, amicus quasi animi custos uel animi aequus. 20  
 Artificis .i. artificialis. Est autem artificialis codex pompatice con-  
 positus secularem retinens eloquentiam, diuini autem libri nudis et  
 simplicibus constant uerbis. Saciare .i. replere, ac si diceret: magis  
 debes repleri cibo spiritali quam corporali. Cibus est uictus coctus  
 esui hominum tantum aptus, nam reliquorum animalium crudis est 25  
 uictus. Hinc et apud Graecos et homo et cibus brosis uocatur,  
 eo quod solus in animalibus cocto cibo utatur. Cenis .i. car-

1 cf. I Cor. 5, 7

5 Explicit EPLA A (INCIP LIBER s. l. m. 2), explicit Epistola B  
 12 gillere A, Illere B      dñt (t e x r) A, dñr B      14 oculi B  
 15 oculos AB      16 afferesis A, afferesisis B      17 narrat <sup>l</sup>acta  
 B      20 equus AB      26 prosis AB

minibus. Sensus est: si tu deliciosus .i. insolens haberis, ut no-v. 9—25  
 strum carmen flocci pendatur a te eo quod sit modicum, pasce  
 animum saecularium poetarum carminibus. Caenon graece, commune  
 latine, inde caena dicitur a communicando, quia ibi multis apud  
 5 antiquos prandebant, sicut et conuiuium dicitur a conuiuendo, quod  
 Graeci sympusion uocant. Sed Cicero dicit melius latine conuiuium,  
 ducit a conuiuendo, quod Graeci symposium uocant a computando.  
 Quicquid uolat .i. omnia genera auium. Allegorice loquitur.  
 Tres sunt species philosophiae, quas hic tangit: Ethica, Physica,  
 10 Logica. Per mare intellegitur Ethica .i. immortalis, quae de moribus  
 hominum disputat; per terram Physica, quae de rerum omnium  
 natura tractat; per astra Logica .i. rationabilis, quae de diuinis  
 rebus narrat. Carpsimus .i. sumpsimus. Metaphoram seruat:  
 per hortum paruum ingenium, per holus modicum carmen, per  
 15 testam corpus caducum, fragile uel fictile uult intellegi; unde  
 apostolus: Nos habemus thesaurum absconditum in uasis fictilibus  
 .i. corporibus nostris. Grandisonis, grandiloquis carminibus.  
 Tres sunt characteres: humilis, medius, grandiloquus, hos omnes  
 Virgilius tangit. Tragico .i. uili. 'Tragos' enim graece, hircus  
 20 latine; hinc 'tragemata' graece, uilia munuscula, colobidia hebraice,  
 latine bellaria. Getae, persona comica est apud Terentium.  
 Getae ipsi sunt Mysii populi, ioculatores lusibus nimium studentes.  
 Contagia .i. uitia, scelera. Contagium est morbus porcinus dictus,  
 quod unius contactu in plures diffunditur, idem est et porrigo  
 25 a porrigendo eo quod ab uno in alios porrigat. Monumenta  
 .i. recordationes, monumentum .i. memoria eo quod mentem moneat.  
 Niliacis biblis. Nilus est Aegypti fluius et ibi biblus nascitur.  
 Biblus enim est maior iuncus, qui et papirus dicitur, unde fiebant  
 libri apud antiquos. Bibli enim graece, latine libri. Dicitur autem  
 30 'Nilus' quasi Neonus .i. nouum trahens limum. Odas .i. laudes.  
 Resonare .i. concrepare, sicut in psalmo legitur: In psalterio  
 decachordo psallam tibi. Sed hoc non recipitur de psalterio,

6 cf. de sen. 13, 45

16 cf. II Cor. 4, 7

31 Psalm. 143, 9

1  $\bar{n}$ solens AB      4 latine om. A      5 conuiuium] sc. conbibium  
 et conbibendo      multos A<sup>1</sup>B      12 logicā A, astrologica B  
 rational A      22 misu A<sup>1</sup>, müsii B

sed de X praeceptis legis. ·X· chordas uocat uetus testamentum, in quo X praecepta legis continentur. Psalterium est instrumentum musicum habens X chordas et percutitur ab inferioribus et resultat ab inferioribus. Per 'odas' X chordarum psalterium uult intellegi, v. 31—43 '·X· chordas' ·X· legis praecepta. Arcibus ·i· in mansionibus. 5 Arx dicitur altius aedificium in ciuitate, dictum ab 'arcendo' ·i· repellendo, eo quod longe repellat a se hostem, quia etymologia etiam dicitur. Sceptrum ·i· imperium. Est autem gestamen regis et pro regno ponitur. Principium deus dicitur uel quia sine initio uel quia omnia quae sunt ab eo initium essendi sump- 10 serunt. Medullis ·i· mentibus. Medulla est interior pars ossium, dicta eo quod sit media. Curis, cura dicta eo quod cor urat. Serpit ·i· penetrat. Cecropei: Cecrops fuit rex Graecorum ueneniferis imbutus doctrinis, hinc Cecropeum uenenum dicitur doctrina illius mala. Spirantis odorem: Hypallage est, debu- 15 isset enim dicere: sectantes odorem spirantis uitae. Pedorem ·i· faetorem. Pedor proprie dicitur faetor pedum. Pagi. Page graece dicitur fons, inde dicitur uilla, eo quod sit iuxta fontem sita; inde pagani dicuntur uillani, eo quod longe sint a ciuitate dei uel quasi ex uno fonte potantes. Laborintus fuit ypogea ·i· 20 subterranea fossa, quam fecit Daedalus. Fabula talis est. Pasiphe fuit uxor Minois, regis Cretae, quae amauit taurum et per consilium Daedali, qui erat artificiosissimus, concubuit cum eo, inde natus est Minotaurus semihomo ·i· semitaurus, qui comedebat homines. Videns autem hoc Daedalus fecit ypogeam ·i· subterra- 25 neam fossam cum ·C· ostiis, in qua inclusus est Minotaurus, quam domum Laborintum uocauit et dicitur Laborintus quasi labor intus, quia qui semel ingrediebatur, nunquam reuertebatur. Hinc poeta metaphorice Laborintum uocat errores Atheniensium, qui uilibus delectantur carminibus magis quam ueris dictis euangelicae lecti- 30 onis. Reuera taurus Minois regis notarius fuit, qui cum Pasipha concubuit, nomine Minotaurus. Daedalus artificiosissimus fuit, cuius

1 chordarū <sup>s</sup> B	2 quo X] quorum AB	6 altus B
7 repellat om. B	et himologia AB	15 yppalage AB
17 fa&orē A	fetor A	page] pue AB
uel suo	27 laborarintus AB	20 uno] fort. uiuo

nomine artificiosi uocantur. Hinc logodaedalos dicimus subdole loquentes. Labruscam, labrusca uocatur agrestis uitis, dicta v. 45-64 quod in labris uiarum nascitur. Vna dicitur quasi uuida, placidis uuis .s. euangelicae lectionis. Saliunca flos est rosae similis  
 5 .s. fetida, dicta a saliendo eo quod cito crescat, quae graece orcutunica uocatur; saliuncam mittit pro gentilitate. Fana, fone graece uox; hinc fanum dicitur templum eo quod ibi responsa dabantur, et profanus quasi porro a fano .i. longe a templo dei. Metallis .i. simulacris. Iuger est quantum par boum potest  
 10 arare in die. Plagas .i. climata, .V. zonae sunt mundi, .III. inhabitabiles et duae habitabiles. Toxicata uocat saecularia carmina uilium rerum, quae ducunt hominem in tartara. Vireta .i. uirentia, amoenum dicitur quasi amunium .i. sine officio .i. locus tantum uoluptati aptus. Per latices .i. per baptismum. Ani-  
 15 mantur .i. uiuificantur, hoc est quod in euangelio legitur: Qui sitit ueniat ad me et bibat, et de uentre eius fluent aquae uiuae; hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Vt messis .i. collectio dei. Per horrea .i. caelestes mansiones. Merx mercis .i. lucrum, merces mercedis .i. retributio.  
 20 Omnipotens: oratio poetae. Omnipotens compositum est ab eo nomine, quod est omnia et potens, participium quod proprie ad deum pertinet. Est autem ex nominibus, quae comparatione carent, quae fit in augendo aut in minuendo. Omnipotens enim est, cuius potentia nec augeri nec minui potest, ideoque nec comparari.  
 25 Potens autem simplex dicitur quasi patens eo quod illi omnia patent. Aeterne, aeternum a graeco deriuatur quod est eon, quod pro perpetuo accipitur. Deus graece timor interpretatur, uenit autem a graeco 'theo' .i. uideo. Sedulius hic morem antiquorum seruauit poetarum et maxime Virgilii, proposuit enim, inuocauit, narrauit.  
 30 Procella dicitur eo quod percellat homines timore uel naues unda. Sol dicitur eo quod solus apparet in die; luna dicitur quasi lucina, ea est et Iuno. Apud gentiles dicitur lucina eo quod in lucem nascentibus praeest secundum deliramenta gentilium. Luna autem

15 cf. Ioh. 7, 38

1 logodelos *A<sup>1</sup>B*      subdolo *A<sup>1</sup>B*      4 est *om. A*      17 autem  
*om. A*      30 nauis *A*

v. 66—106 corniculata est in crescendo et decrescendo. Qui stellas. Hyginus et Aratus astrologi fuerunt fingentes se scire numerum stellarum, sed mentiti sunt. Nullus enim hoc scit nisi deus. Potestates, quia quaedam sunt quae dominantur calori, aliae frigori, aliae tempestatibus. Diuersa in corpora. Corpus a corruptione dicitur, quia cito resolui possit et hoc loco corpus intellegi uult omne quod V sensibus percipitur uel quicquid dextra procreatur. Mysticum Graeci dicunt secretum, unde mystica dicuntur secreta et mysterium atque symmistes .i. secretarius. Arca, arca dicta, quia quae continet nobis arcana sunt .i. occulta. Modo allegorizat, quod significet arca. Diluuium. Sicut, inquit, ille qui in arca salui fuerunt morientibus aliis, ita nunc per baptismum, in quo fides sanctae trinitatis continetur, saluantur fideles et damnantur infideles. Nam diluuium significat peccatum, aqua diluuii baptismum. Callis, callis dicitur a callo .i. a callo pecorum, qua pecora pergunt. Semita dicitur quasi semis uia. Via dicitur a uehendo quasi uehea uel, sicut Augustinus dicit, uia dicitur a ui pedum, eo quod pedibus teratur. Sunt autem IIII genera uiarum .i. callis, semita, uia et actus. Actus dicitur uia publica duo carpenta recipiens .i. duo plaustra, unum euntem, alterum redeuntem. Hiemps: hiemps dicitur ab hemisperio, quod est dimidia pars sperae caelestis. Vernare est florere, hinc uernale tempus eo quod tunc floret totus mundus. Patentem .i. apertam, patentem siluam uocat multitudinem miraculorum. Sidera a considerando dicta uelut a sidereo uerbo .i. mico, quod significat moueo, quia simul cum caelo mouentur. Pectus .i. pulmonem, de pulmoue enim uox egreditur. Bibulus, bibulus dicitur multum bibens. Post inuocationem suam facit narrationem. Chaos, chaos dicitur primordialis confusio. Viuacibus .i. diu uiuentibus. Viuax dicitur multum qui uiuit, hinc Virgilius 'uiuacis cornua cerui'. Abusque et adusque pro ab et ad ponitur. Naturae, quia humanae naturae est ut moriatur homo uel post .C. annos. Mors est priuatio uitae, dicitur autem mors secundum Augustinum a morsu uetiti pomi.

30 Ecl. VII 30

1 Yginus AB      10 archana A      11 inquit AB      20 fort.  
euntum—redeuntum

Grandaeuo situ .i. nimia senectute, situs pro senectute ponitur, v. 108—142  
 proprie situs dicitur lanugo terrae in locis neglectis .i. soli inacces-  
 sis. Ponitur hic situs pro uetustate. Frigidus dicitur, quia in  
 inuenibus sanguis calet, in senibus uero friget; frigidus ergo .i.  
 5 uetulus. Cum seniore uiro, quia Abraham iam senex erat,  
 siquidem Abraham centenarius, Sara uero nonagenaria habebatur.  
 Senes dicuntur secundum Varronem quasi se nescientes, quia prae  
 nimia senectute delirant. Plus pietatis habens s. in deum.  
 In hoc crudelis fuit Abraham, quoniam filium decollare uoluit, sed  
 10 pius, quia deum plus quam filium dilexit. Occumberet .i. rueret.  
 Modo allegorizat: Abraham significat deum patrem, Isaac filium,  
 aries humilitatem. Duas naturas in Christo credimus, unam per-  
 sonam, et sicut aries immolatus est et Isaac incolumis mansit,  
 ita humanitas Christi passioni succubuit, sed diuinitas impassibilis  
 15 fuit. Loth interpretatur declinans, Sodoma pecus mutum, quia  
 contra naturam irrationabiliter peccabant. Chaos .i. confusio  
 elementorum, perditionem significat mundi. Nota est historia.  
 Pluit deus ignem et sulphur super Sodomam, quoniam angelus  
 praecepit Loth et uxori eius, ut fugerent et post se uultum non  
 20 deflecterent. Aspiciens uxor eius retro uersa est in statuam salis,  
 et bene in statuam salis, ut hoc exemplo mentes audientium con-  
 direntur, ne similia perpetrando similia paterentur. In sua terga,  
 qui si fecerit, faciet sulcum obliquum .i. tortuosum aut uulnerabit  
 crura iugalium. Per arantem designat praedicatorem, per arati-  
 25 onem praedicationem .i. ipsam orationem. Sicut enim arator non  
 debet referre uultum in sua terga, ita praedicator non debet ea  
 facere, quae praedicat uitanda. Frondosa pro frondosa, frondo-  
 sum dicitur habens frondes; frondeum uero aliquid de frondibus  
 ramis factum sicut scena .i. umbraculum. Plexos .i. curuos.  
 30 Trisulcis .i. trifidis. Serpens tanta agilitate linguam mouet,  
 ut uideatur hominibus trisulca. Chelidrus .i. serpens, qui uiuit  
 in terra et in aqua. Cherson graece terra, ydor aqua, inde  
 chelidrus quasi chersidrus eo quod in terra et in aqua possit  
 uiuere. Incedens .i. ingrediens. Baptisma, baptisma hebra-

7 cf. meam de Remigio comment. p. 21

13 incolimus A <sup>1</sup>	26 ea fatere ferre B	27 fatere (c a m. 2)
A 33 chelidus A <sup>1</sup>	chersidus A <sup>1</sup>	

v. 142—180 ice, balneum graece, lauacrum latine. Rude .i. nouum, hic et haec rudis et hoc rude, trium generum est et significat nouum, quando uero uirgam decorticatam, feminiui est rudis. Rudus etiam ruderis neutri generis est, trita tegula uel ruinae maceriarum. Moyses typum Christi gerebat sicut in apostolo legitur: Omnes 5 in Moyse baptizati sunt .i. in Christo. Sicut enim saluatus est populus Israel in mari rubro sub Moyse et exercitus Aegyptiorum deletus, ita et nos sub Christo in baptismo saluamur et diabolus cum suis aduersitatibus uincitur. Clamat uox domini super aquas. Quattuor sunt elementa, quorum duo sibi sociantur in leuitate .i. 10 ignis et aer, sursum enim semper feruntur; duo sociantur sibi in grauitate .i. terra et aqua, semper enim a superioribus ad ima cadunt. Abyssum, abyssum uocat nimiam profunditatem scripturarum, nam abyssus nimia profunditas dicitur. Nimbis .i. pluuiis. Nimbus dicitur densa et repentina pluua et dicitur nimbus 15 quasi nubus a nubibus, sicut imber quasi umber ab umbra. Nectaris .i. dulcedinis. Nectar generale nomen est omnium dulcedinum. Siccus dicitur quasi sine suco. Metallum uocat omne durum. Christus erat panis, quoniam dedit eis panem sicut ipse dixit 'Ego sum panis uitae'. Christus petra, quoniam 20 dedit eis aquam, sicut apostolus ait: Petra autem erat Christus. Christus in undis, quoniam duxit eos per mare. Rudenti .i. uociferanti. Ruditus proprie est uox asinorum sicut balatus ouium. Sol stetit ad Gabaon .i. contra Gabaon, ciuitas est metropolis. Arma dicuntur eo quod armos tegunt. Famulata .i. obtem- 25 perantia. Iesusnaue et Iosue idem est et interpretatur saluator. Sine more .i. consuetudine, quia corui prius solent rapere quam ministrare. Auido .i. cupido, guloso. Ales dicitur ab alis, cornuus a raucitate suae uocis. Heredem .i. Eliseum, heres dicitur ab herendo uel ab ero .i. domino. Astra, astra dicuntur ab 30 astreo, astrologo. Sulcos .i. rigas. Tria elementa sulcum faciunt. Aer diuiditur sagitta, aqua naue, sed cito iu se recurrunt, in terra uero sulcus manet, ignis non recipit sulcum, sed quicquid

21 cf. I Cor. 10, 4

3 rudus] rudis AB      10 elementa mundi B      16 fort. num-  
bus      31 astrolo<sup>60</sup> (go a m. 2) A

inuenit in se conuertit. Helias, si mutetur a in o et accentus v. 185—233  
 in ultima sit, helios .i. sol. Helias interpretatur deus mens domi-  
 uus, hel deus, i mens, as dominus. Coetus apud latinos  
 masculini generis, apud graecos neutri est τοῦ κήτους et plura-  
 5 liter τὰ κήτη, inde coete grandia legimus, hebraice leuiathan  
 dicitur. Depositum .i. commendatum. Spirante .i. auxiliante.  
 Babilonia .i. quam Nabuchodonosor erexerat. Achemeniam.  
 Achemenius, rex Parthorum, fuit tanti furoris, ut si semel iras-  
 ceretur, nullo modo placari posset, quousque XII homines immo-  
 10 larentur. Cuius iram iste habebat. Nil urente rogo .i. nil  
 incendente igue. Rogus est coadunatio lignorum. Vecors .i. sine  
 corde, ue pro non ponitur, sicut uesanus .i. non sanus. Pecudes  
 de minoribus, pecora de maribus dicimus. Septena tempora .i.  
 VII annos. A parte totum, unus quisque enim annus IIII tempora  
 15 habet. Hirsutus .i. pilosus, quia in modum aquilarum pili et  
 unguis eius excreuerant. Nec minus s. similiter, figura est quae  
 litotes dicitur, cum duo abnegatiua faciunt unum adfirmatiuum.  
 Tyranni, tyrannus apud Graecos pro rege ponitur, apud Latinos  
 uero pro inuasore alienae possessionis. Belua trissyllabum est;  
 20 resolutio in metro, et posuit singularem numerum pro plurali. .VII.  
 enim fuerunt leones. In faucibus. Fauces sunt maxillae, et  
 dicuntur fauces a fage .i. comedere. Dic ubi. Per recapitulati-  
 onem alloquitur naturam sub interrogatione, quam poeta facit sibi  
 quodammodo respondere. Qui tartara. Modo introducit illam  
 25 quasi sibi respondentem. Anum .i. uetulam. Sara duo patieba-  
 tur, nam anus erat et sterilis. In anguem .i. draconem.  
 Nimbis .i. pluuiis. Filiis Israel Deus pluebat manna; illi  
 uidentes dixerunt manhu, quod interpretatur 'quid est hoc?' ideo-  
 que cibus ille manna dicitur. Volucres, uolucres dicuntur a  
 30 crebro uolatu. Tria lustra .i. tria quinquennia. Viro .s.  
 Ezechiae. Graeci per Olimpiadas .i. per quadriennium numerabant  
 sua tempora, Romani uero per lustrum .i. per quinquennium, quia  
 quinto anno redintegrat sol suum ortum. Nam primus annus habet  
 dies CCCLXV et unum quadrantem, secundus et tertius annus

4 plural̄ B, pl̄r A

τΚΗΚCΤΗ AB

8 partor̄ (ū a m. 2)

A 17 adfirmatiuā B

21 leones fuer̄ B

22 fage] sc. fagein

cf. p. 318, 7

similiter, quartus uero habet CCCLXVI dies, quia quattuor qua-  
 drantes faciunt unum diem; ipse est bissextus qui quarto anno  
 inseritur. Quinto uero anno inchoat sol eosdem cursus. Verbi  
 gratia sol in primo anno est in fronte arietis, secundo in spatulis,  
 tertio in latere, quarto in renibus, quinto uero in frontem iterum 5  
 reuertitur. Lustrum etiam dicitur a lustrando eo quod Romani  
 totam ciuitatem quinto anno lustrabant cum cereis et lampadibus  
 in honorem suorum deorum, quomodo nos facimus per singulos  
 annos mense Februario in honorem sanctae Mariae. Lustra uero  
 v. 234—257 pluraliter dicuntur cubilia ferarum. Naufragus, naufragus 10  
 dicitur qui sustinet damna in mari. Naus graece, nauis latine;  
 inde naufragium dicitur nauis fractio. Caminus et clibanus  
 graeca sunt et fornax latinum. Rictus est nimia apertio oris.  
 Venit autem a uerbo 'ringo' .i. os aperio. Instimulante .i.  
 prouocante. Stimulus est proprie uirga habens ferrum in summi- 15  
 tate, qua ammonentur boues. Nempe non, inquit, mirum est si  
 ista contra naturam facta sunt. Quocumque .i. in quamcunque  
 partem. Vana uel fana .i. idola. Sinistro .i. peruerso. Dolet  
 poeta de erroribus paganorum. Idolum diminutiuum est ab idea  
 .i. forma. Dementia .i. deliramenta. Lira enim sulcus est 20  
 aratri, inde deliro .i. exorbito, a uia rationis deuo. Proprie autem  
 delirare est, quando boues de sulco exorbitant, ita et senes delirare  
 dicuntur, quoniam a uera locutione recedunt. Bouem .i. apin,  
 nam apis uocatus est taurus, qui Isidi reginae offerebatur. Semi-  
 hominemque .i. simiam, simia enim semihomo et semicanis 25  
 est. Tria genera sunt simiarum: una est uillosa, quae spinx dicitur,  
 alia cercopithecus dicitur caudam habens, tertia sine cauda, quae  
 simia nuncupatur faciem et pedes ad similitudinem hominis habens,  
 ceterum uero corpus ad similitudinem canis. Vt uolucrum .i.  
 ibin. Ciconias dicit Aegyptiacas domesticas, quas Aegyptii 30  
 colebant propter serpentes, quos deuorabant. Geminum .i. aequa-  
 lem. Geminum pro aequali posuit, quia illi tres dies in initio  
 mundi aequales fuerunt, post uero solem quarto die creatum in-  
 aequales sunt dies, aut enim crescunt aut decrescunt non tantum-  
 modo in aequinoctiis. Fugantur .i. obtenebrantur, et hoc poeti- 35

cum est, quia stellae a stellando dicuntur. Lignee. Ligneus v. 268—300  
 dicitur homo, qui lignum adorat, sicut lapideus, qui lapidem adorat.  
 Surdis .i. ad surdos. Surdus dicitur eo quod sordes capitis  
 retineat, mutus dicitur a mugitu eo quod uocis sonum naribus  
 5 retinet. Culmina a culmo dicuntur. Carduus, carduus est  
 herba spinosa, quae uulgo calcatripa uocatur. Monstra .i. idola,  
 idea forma. 'dulia' seruitus est, inde idolatria seruitus idolorum  
 et idolatra homo dicitur seruiens idolis. Montem. Montem  
 appellat difficile carmen euangelii. Tolis. Tulus est summa  
 10 pars tecti, unde contignatio procedit. Vbi dantur digna  
 petenti. Illud tangit quod in euangelio dicitur: Petite et acci-  
 pietis. Reprobis .i. reprobatus. Angulus .i. populus Iude-  
 orum. Ille lapis est Christus, qui reprobatus fuit a Iudeis,  
 quando dixerunt: Nolumus hunc regnare super nos, et in psalmo:  
 15 Lapidem quem reprobauerunt et cet. Lapis angularis dicitur Chri-  
 stus, quia coniungit sibi gentilem populum et Iudaicum, ueluti lapis  
 coniungit parietes. Simplet .i. simplum faciat. HISTORIA DE  
 ARRIO. Arrius fuit doctor Alexandriae ciuitatis, quae est metro-  
 polis Aegypti, quam aedificauit magnus Alexander. In qua erat  
 20 Petrus episcopus, sub quo iste erat doctor scholae. Qui latenter  
 docebat esse Filium minorem Patre et Spiritum sanctum minorem  
 utroque. Tunc Petrus missus est a Licinio, socio Constantini, in  
 carcerem propter fidem catholicam, quam praedicabat. Cui Christus  
 apparuit in specie pueri pulcherrimi inductus colobio candidissimo  
 25 adeo ut uix conspici posset, sed dilacerato ueluti a canibus.  
 Deinde Petrus grauatus pondere catenarum, quibus erat ligatus  
 et non ualens surgere, clamauit dicens: Domine quis ita te affecit  
 .i. dilacerauit? Cui dixit Dominus: Arrius me scidit, diuisit enim  
 me a patre meo, sed uide ne ei communices. Postea interfecto  
 30 Licinio a Constantino, quia eius imperium uolebat praeripere, con-  
 gregauit Constantinus maximam synodum trecentorum uidelicet  
 et X et VIII episcoporum exceptis diaconibus et abbatibus, ubi

11 Ioh. 16, 24

15 Psalm. 117, 22

14 \*palmo (s eras.) A

30 constantio<sup>n</sup> (n a m. 1) A32 ab<sup>b</sup>atib; A

iussus est uenire Arrius, ut ibi eius patesceret fides. Qui cum adpropinquasset ad synodum, sancto Alexandro episcopo in oratione perseuerante nimio terrore arreptus est, adeo ut omnia uiscera eius dolore deficerent. Tunc iussit sibi parari latruias. Ad quas cum uenisset, diffusa sunt omnia uiscera eius, quia iusto iudicio 5  
 v. 300—332 dei sicut uacuuus erat mente, sic remansit uacuuus uontre. Curua per auia .i. per falsitatem prauu dogmatis. Auuum est locus sine uia, a pro sine ponitur. Nepos, nepos dicitur filius filii et nepos quasi uatus post. Quando filium aut filiam significat, facit hic nepos et haec neptis, quando uero luxuriosum, hic et haec 10 nepos. Aui, auus dicitur quasi auitus .i. antiquus. Totum commune. Communio uel communitas in sancta Trinitate est exceptis relatiuis nomiuiibus. Quod potest cathégorizari de patre, hoc de filio, hoc de spiritu sancto: ut bonus, magnus, pius, omnipotens et cet. exceptis sicut supra dictum est relatiuis nomini- 15 bus. Quo crescat .i. ubique perfectus est non creatus. Arrius dicebat 'esse creaturam', sed meuitus est, uon enim fuit creatus, sed genitus. Nam quia qui summus .i. excelsus. Intellege uim uerborum: Non hic est filius qui et pater, sed hoc est filius quod et pater .i. uua substantia. Distat inter hic et hoc, hic ad 20 personas, hoc ad substantiam pertinet. Vnum sumus. Non dixit 'unus' sed 'unum' .i. una substantia. Arrius unum .i. unam substantiam scire debet. Ille enim dicebat tres esse personas bene, et tres substantias male. Dicebat enim Filium minorem Patre, Spiritum sanctum minorem utroque et contra Sabellius unam sub- 25 stantiam bene, sed unam personam male. Dicebat enim: Pater quando uult, pater est, quando uult, filius est, quando uult, spiritus sauctus est. Iste .i. Sabellius fidem ternam debet scire. Ast hic .i. Arrius. Cachinnus est dissolutus risus .i. crispus. Potest etiam hoc ad philosophos referri, uam philosophus aliquis 30 multum loquitur sicut Epicurus, qui de creatione mundi multa dixit. Dicebat enim mundum ex atomis constare. Tacet nimis alter sicut Pythagorici, qui quinquennio discebant, per quinquennium

5 difusa A      7 parui A<sup>1</sup> corr. m. 2      24 pat<sup>re</sup> (re a m. 2)  
 A      25 sapellius A      32 athomis A      33 pitagorici A

silentes meditabantur; ambulat Peripateticus, stat Stoicus, amat  
 fletus Socrates, qui semper flebat eo quod uideret homines huius  
 saeculi uitia sectari, crispas cachinnum Democritus, qui semper  
 risisse dicitur, quia uidebat homines auaritiam et turpia lucra  
 5 huius saeculi sectari. Hinc Iuuenalis 'perpetuo risu agitare sole-  
 bat pulmonem Democritus'. Vexilla dicuntur a uehendo. Vexil- v. 337—368  
 lum est signum militare. Ianua uos. Apostrophum facit ad  
 illos, qui Christo militant. Ianua dicitur Christus, quia per ipsum  
 uenitur ad ipsum. Ianua est initium domus et dicitur a Iano  
 10 deo, cui consecratum erat initium uniuscuiusque rei. Inde Ianu-  
 arius mensis dicitur eo quod anni sit principium. In albo .i.  
 in caelesti libro. Album est tabula, ubi scribebantur eorum nomina,  
 qui ad militiam recipiebantur, et si aliquis eorum interemptus  
 esset, ad caput nomini ipsius  $\Theta$  littera scribebatur, quae mortem  
 15 significat. Trem it .i. sonat atque dicit: Parate uiam domino.  
 Leo magnam uocem habet et ipse est rex bestiarum, propter quod  
 uero Marcus in similitudinem leonis pingitur, quia ea uoce suum  
 inchoauit euangelium ut uox clamantis in deserto, et regalem  
 Christi describit dignitatem. Iuueni, uituli. Iuuenus dicitur  
 20 a iuuamine eo quod iuuamen praebeat ad sulcandam terram  
 hominibus. Iuuenus enim erat solitus immolari in templo, et  
 Lucas ea describit, quae dominus in templo et circa templum  
 gessit. Iohannes per aquilam designatur, quia sicut aquila in  
 reuerberatis oculis solem aspicit, ita Iohannes supra omnes caelos  
 25 uolitans diuinitatem Christi, quam ceteri euangelistae descri-  
 bebant. Proceres .i. principes. Proceres proprie dicuntur mutuli  
 .i. capita trahium, quae eminent in aedificiis. Hinc principes  
 proceres dicuntur eo quod emineant inter ceteros. Mensis uocatur  
 a mene .i. a luna, quia secundum cursum lunae mutantur menses.  
 30 Maniplos primitium est, inde manipulus diminutium, proprie  
 autem quingenti milites, idem est et cohors. Manipulos uocat  
 bona opera. Meto est colligo, inde dicitur messis, quod singulis  
 annis colligatur. Metior metiris est mensuro, metor metaris est

5 Sat. X 33

10 <sup>u</sup> cini' (u a m. 2) A      18 <sup>de</sup> iferto (de a m. 2) A      describebat  
 A      31 choors A

eligo. Ab hoc loco incipit poeta exequi quod promisit. Promisit enim se scripturum ab Adam usque ad natiuitatem Christi.

## IN LIBRVM II.

v. 1—52 Primogenitum .i. protoplastum. Protos graece primus, plastus formatus, inde protoplastus .i. primus formatus. De 5 sede .i. de paradyso. ParadySus interpretatur hortus deliciarum, Adam terrenus homo uel terra rubra. Illecebris .i. uoluptatibus. Illecebrae dicuntur ab illiciendo .i. decipiendo. Heu. Dolet poeta de culpa mulieris. Noxia culpabilis. Interrogationem facit ad mulierem. O coniunx, fuistine magis noxia 10 an perfidus ille draco? Modo ipse sibi respondet: Perfidus ille draco .i. fraudulentus, sed tu quoque non cares culpa, quia consensisti. Est autem hoc loco syllogismus integer, constans ex propositione, assumptione, conclusione. Perfidus dicitur quasi prodens fidem, perdit enim diabolus fidem, quando dixit: eritis 15 sicut dii. Non enim quod promisit impleuit, quia non solum dii facti non sunt, sed etiam mortales fuerunt. Demon dictus quasi daimon .i. ualde. Eua mater interpretatur. Nongentos. Adam uixit nongentis XXX annis, Matusalam DCCCLXXX. Nepos .i. primi terrigenae .i. posteri Adae. Fauces dicuntur a graeco fage 20 .i. comedere. Difficilis .i. tardus, quia non semper uindicat. Veniale .i. dignum uenia. Duas naturas rationabiles condidit deus: angelum et hominem, quorum unus nullo suadente nec fragilitate corporis circumdatus peccauit, ideo inrecurrabiliter periit; homo uero, quia fragilis erat corpore et diabolo suadente pecca- 25 uit, ideo ueniam meruit. Tensos .i. grauidos et oneratos. De limine .i. de principio, de ingressu. Caro factum, est autem synecdoche .i. a parte totum. Homo enim carne et anima constat. Clausa .i. uirginem relinquens. Prae natis .i. prae filiis, hoc de psalmo sumpsit, ubi legitur: Speciosus forma prae 30

30 Psalm. 44, 3

7 terram rubram A      13 sillogism' A      18 valte<sup>a</sup> A      20 fage] cf. p. 327, 22      21 comedere A      22 rationabilis (e a m. 2) A  
24 inrecurrabiliter A

filiis, cuius in labiis pulchris diffusa est gratia, quia etiam secundum humanitatem pulchrior fuit ceteris. Obsitus .i. circumdatus. Salue. Salutatur poeta matrem Christi. Tenet .i. regit. Giro .i. circulo, sicut circulus uel corona nec initium neque finem habere uidetur, ita imperium Christi. Femina. Femina et mulier non sunt nomina corruptionis, sed sexus et naturae, nam uirgo et femina et mulier potest appellari. Pastoribus. Pastores erant in deserto ultra Bethleem iuxta turrim gregum, qui uocatur Adernam. Si aliquem timorem haberent, illam ascendebant. Ibi erat planities apta atque utilis pecoribus. Eous. Mobile est eous, eoa, eoum. Eous fixum .i. pars caeli. Tyrannus. Tyrannus graece, latine rex. Tyrannus apud nos dicitur inuasor alienae possessionis, unde et Herodem appellat tyrannum. Alienigena enim fuit, patre Idumeo matre Arabica, nutritus ab Hyrcano pontifice Iudeorum, quo mortuo inuasit regnum. Nubila .i. tristitiam mentis. Alens .i. nutriens; facie laetus erat, sed mente tristis. Tractat .i. meditatur. Neglegis .i. non intellegis, quia ille legerat in lege Iudeorum, quod Christus de Iuda deberet nasci. Numina .i. potestas uel uoluntas, quia uoluntas pro effectu operis accipitur. Patrandum .i. perficiendum. Alacres .i. laeti, festini. Thesauris. Thesaurus uocat thecas uel pixides, ubi munera erant. Solutis .i. aptis. Per aurum futurum regem, per thus deum, per myrrham mortalem crediderunt, quia myrrha conduntur corpora mortuorum. Tres magi significant genus humanum a tribus filiis Noe disseminatum per tres mundi partes .i. Asiam, Africam et Europam, quia uenit ad Christum cum tribus naturalibus disciplinis: Physica, Ethica, Logica. Cur tria et non ampliora? Propter numerum sanctae Trinitatis uel propter III tempora, quae deus semper cernit. Postquam uenimus ad Christum non repetamus iniquum .i. non reuertamur ad diabolum, sicut magi non sunt reuersi ad Herodem. Herodes interpretatur pelliceus uel pellis gloria et significat diabolum, qui primos parentes exutos stola in mortalitatis induit pelliceis uestibus. Postquam enim per baptismum uenimus ad Christum, non debemus reuerti ad diabolum, cui

13 aligenigena A

14 yrcano A

23 mirra A

26 c,trib;

v. 108—156 abrenuntiauimus in baptismo. Aperit .i. manifestat, illam scilicet iram, quam latebat. Sicut superius dixit 'nubila mentis habens'. Facinus .i. scelus, quod uoluit facere, non potuit perficere. Christus enim ad Aegyptum fugerat. Facinus ton meson est, in bono enim et in malo ponitur. Inmerito .i. iniuste. Vixdum sicut 5 agedum; adiectio syllabica est dum. Vagitus .i. primas uoces infantium, inde uagiticanus deus dicitur, qui praeest infantibus. Innumerum nefas .i. multiplex peccatum. Orbata .i. priuata filio. Lanio .i. crudelis. Increpatio ad Herodem. Lanio dicitur lupus a lana, quia interfecit oues, nam laniare est interficere. 10 Alieno in corpore .i. in corporibus sanctorum, sicut Paulo ipse dicit: Saule, quid me persequeris? Non dixit meos sanctos, in hoc manifestum est, quod deus in sanctis martyribus patitur. Emeritus .i. perfectus; merere per e breuem dicimus; milites dicuntur qui expleto quinquagesimo anno cessabant a militia et dabatur eis aliqua 15 dignitas, inde emeritus dicitur totus perfectus. Nec mora .i. sine mora. Postquam Christus duodenis erat, inuentus est in templo docens. Si aliquis dicat interrogando quare dixerit 'nec mora', cum magnum spatium sit inter XII et XXX annos, quantum ad hominem pertinet, respondet per parenthesin .i. interpositam dictionem 20 cum interrogatione. Fluens .i. nascens. Alludit poeta. Non est mirum, inquit, super se prophetat sine sermone, quia patrem habet mutum. Spiramina. Spiras dicimus reuolutiones funium in nauibus, hinc spiramina quaedam dicit uocari reuolutiones .VIII. mensium. Verum quia hoc exemplo caret, melius dicimus taciturna 25 spiramina noui mensis emissiones et reciprocationes spiritus prophetae sine uoce usque ad natiuitatem Iohannis. Tollere cum dicit exponit, quod dicit ueniens peccatum tollere mundi. Mihi .i. omnibus, se enim pro omnibus posuit. Decutit .i. expellit. Non obfusata .i. non denigrata, non obscurata. Sicut enim 30 lux, cum in tenebras uenit, nihil obscuritatis accipit, sed potius ipsas tenebras <decutit>, ita Christus quamquam carnem suscepit, nullam tamen maculam carnis .i. peccati in se ipsum accipit. Attactu .i.

7 cf. Aug. de c. dei I 155

12 cf. Act. 9, 14

2 fort. quae      8 <sup>r</sup>piuata (r a m. 2) A      10 aluna A      24 spiramina (mina in ras.) A      32 decutit] addidi cf. Carm. v. 154

33 <sup>c</sup>Ataetu (c a m. 2) A

suo baptisate. Caro aliquando pro peccato accipitur, et Christus peccatum gessisse dicitur, cum similitudinem carnis .i. peccati suscepit. Torrentum .i. currentum et est adiectiuum nomen et fixum. v. 157—195

Limphas Graeci dicunt nimphas, nos limphas, nam eiusdem  
 5 nominis nota est apud Graecos .N., cuius est .L. apud nos .i. quinquaginta. Reflues .i. retro fluentes; poeticum est. Factum est autem, quando filii Israel transierunt Iordanem pergentes ad terram repromissionis. Tunc primi transierunt sacerdotes et statim, ut aqua tegit pedes eorum, pars Iordanis, quae deorsum erat,  
 10 fugit .i. cecidit in mare mortuum; illa uero, quae sursum erat, stetit in una mole. Hoc detulit poeta ad baptismum domini. Harenas: harenae dicuntur ab ariditate, quando sine aspiratione scribuntur, quando uero cum aspiratione dicuntur eo quod hereant fabricis. Honore .i. honorabitur. Illa columba . . . .

15 Mansuetum .i. misericordem. Mansuetus dicitur quasi mansuetus .i. pius. Mitem: mitis dicitur quasi mutus, qui prae nimia humilitate sermone carere putatur. Deus in mansuetis habitat, sicut ipse dicit: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem et quietum et trementem uerba mea. Per uolucrum.

20 Volucres dicuntur a crebro uolatu; ideo in columba Spiritus apparuit, ut ostenderet Christum simplicem, et eorum corda replere per simplicitatem et innocentiam diligunt. Probatum Pater in uoce, Spiritus sanctus in specie columbae, Filius in persona hominis, qui baptizabatur. Pater est ibi, Natus est ibi, Spiritus sanctus  
 25 est ibi, ibi Trinitatem hic demonstrat. De caute .i. de duro lapide. Cantes et cotes idem sunt. Vipereis .i. serpentinis, ueneniferis; uipera dicitur eo quod ui pariat, caret enim uulua, sed ore concipere fertur. Potestas s. angelica et archangelica. Nec mirum si diabolus, qui spiritus est, potuit omnia regna mundi Christo  
 30 ostendere, cum beatus Benedictus in corpore adhuc positus potuit aspicere totum mundum, non quia mundus breuiatus sit, sed mens eius per contemplationis est gratiam dilatata. Ideo diabolus post baptismum dominum temptauit, ut ostenderet nos tunc acrius temptari, cum se deserere et seruitio dei uiderit diligentius insi-

14 sequitur ras. 5 versuum in A

34 & <sup>ser</sup>uitio (ser a m. 2)

v. 204—249 stere. Delapsus .i. dimissus uel descendens. Labere .i. mitte te deorsum. Imperatius est a uerbo labor. Fastigia .i. summum tatem, pinnae sunt cacumina .i. sublimiores partes domus. Hic autem pro tabulatis posuit templi. Templum domini tricameratum erat .i. trium tabulatorum: a terra usque ad primum XXX cubiti 5 erant, a primo usque ad secundum alii XXX, a secundo usque ad tertium LX, ecce CXX. Curuauit .i. formauit, curuauit quia in modum camerae sunt caeli. Vectus .i. deportatus sua ipsius uirtute, sicut de Spiritu sancto passiuè legimus 'Spiritus domini ferebatur super aquas'. A quo enim ferretur nisi sua potentia? 10 Cuspide .i. lancea, iaculatione. Gladium dixit uerbum dei, unde apostolus et gladium spiritus, quod est uerbum dei, quo tunc deus aliquem percutit, cum de peccatore efficit iustum. Praecipites .i. cadentes. Confringens sapientia. Sapientia neutraliter dixit. Confringit deus fortes, cum eos a timore superbiae deicit 15 et ad ueram humilitatem ducit. Perdit sapientes, cum uanam sapientiam illorum destruit et ad ueram, quae Christus est, perducit. Non elegit deus rhetores et sapientes et imperatores, sed pauperes et humiles et piscatores. Tractare .i. sectari. Germanum, quia fratres sumus; germanus proprie dicitur, quasi de uno ger- 20 mine patris manans. Vetusti doli .i. antiquae fraudis. Vetus dolum .i. originale peccatum. Dolum ideo, quia fraude diaboli immissum est; ergo debemus delere inuidiam de cordibus nostris, quae uere diaboli nota est. Degener dicitur qui non respondet nobilitati parentum .i. qui suis factis se ignobilem exhibet, .s. tunc a 25 deo degeneramus, cum nos inuicem odimus. Sicut benedicier idem, magna subauditio est, .s. sic iubet se sanctificari a nobis, a quo sanctificamur omnes, sicut iubet idem benedici a nobis, a quo benedicimur omnes. Iam iamque aduerbium est optantis .i. cito, dominus semper et ubique regnat, .s. petimus, ut nos ad 30 se ipsum colligens regnet in nobis. Non succedunt .i. non adueniunt. Per aeuum. Aeuum pro perpetuitate ponitur, et uenit a graeco quod est eon tempus, nihil aliud est nisi cursus et uicissitudo rerum .i. cum diei nox et nocti succedunt dies. Corona

<sup>1</sup>  
1 demissus A  
14 rēthores A

2 <sup>de</sup>orsum (de a m. 2) A

11 gladius A

propter aeternam retributionem ponitur, quia sicut corona non habet initium neque finem, ita illud praemium iuitio et fine carebit. Nusquam, in nullo loco, usquam econtrario in aliquo loco, sicut v. 257—278 nunquam in nullo tempore, unquam iu aliquo. Vtque polo. Per  
 5 polum animam intellege, per humum corpus humanum. Ydrus, ydrus est serpens aquaticus. Vendicet .i. usurpet et proprie-  
 faciat. Artus .i. membra, artus dicitur ab artando .i. stringeudo, eo quod stringit corpus. Panem nostrum. Non iste panis, sed  
 10 spiritualis intellegitur, qui est Filius dei, qui substantialis dicitur,  
 quia omnem substantiam uel essentiam supergraditur, et licet dialectici in deum categoriam quae est usia cadere dicant, deus  
 tamen ultra usiam est, et ideo secundum humanam intellegeutiam nihil est, quia omnem exuperat intellectum, ut ait apostolus 'pax  
 15 est et praebenda. Annona dicitur eo quod singulis renouetur. Diurno, a die diurnus .i. unius diei, a diu diuturuus .i. longi  
 temporis. Corpore .i. illo spiritali mysterio. Verbumque  
 cibusque: uerbum, quia deus est ante saecula, a deo patre geni-  
 tum, cibus, quia cum esset deus homo factus est, ut esset cibus  
 20 hominum, qui erat cibus angelorum. Cautio .i. confirmatio; cauo, cauis .i. firmo, facit praeteritum caui, inde cautio dicitur  
 firmatio, unde in euangelio 'accipe cautionem' .i. firmationem uel  
 scripturam. Tortoribus .i. demouibus. Per decies millena  
 talenta iutelleguntur maiora peccata sicut est fornicatio, adulterium,  
 25 homicidium, per .C. denarios minora uelut ira, odium et cetera. Si ergo nos dimiserimus fratribus nostris minora, dimittet nobis  
 deus maiora, si non, uectemur grauius iam soluti a peccatis. Hic tangit euangelium, ubi legitur 'homo quidam posuit rationem  
 cum seruis suis'. Donec finitum pro infinito posuit, quia illi qui  
 30 in inferno damnandi sunt, nunquam ueniam merebuntur, non sicut Origenes dicit, post mille annos soluetur satanas cum suis, sed  
 magis sententia domini cauta erit, qua dicit 'ibunt impii in suppli-  
 cium aeternum'. Ergo donec pro semper posuit, sicut in psalmo

13 Paul. ad Phil. 4, 7      22 Luc. 16, 6      28 cf. Matth.  
 25, 19      32 cf. Matth. 25, 46      33 Psal. 122, 2

2 ut\* (a eras.) A      7 artus—corpus *add.* A<sup>2</sup>      15 brebenda A  
 X.      22

legitur 'ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misere-  
 v. 278—300 atur nostri' .i. semper. Breuem .i. minimum. Amen. Haec  
 particula signum et quoddam sigillum est dominicae orationis,  
 quo confirmantur omnia, quae supra dicta sunt. Malum .i. dia-  
 bolum. Bonum .i. Christum, deum adimus non gressu corporis 5  
 sed intentione mentis, deo enim non loco sed mente approximamus  
 aut elongamus. Ducit .i. dirigit. Versus et hemistichium Virgillii  
 est .i. unus et dimidius versus. Et bona libertas, quia possunt  
 enadere .i. effugere. Per pasqua .i. per mansiones caelestis  
 Hierusalem, pasqua est dulcedo diuinae uisionis. 10

### IN LIBRVM III.

v. 1—34 Thalamis pro nuptiis: thalame graece uoluptas, inde thala-  
 mus dicitur, ubi uoluptas perficitur. In ydriis. Lacus appellat  
 hydrias et dicuntur a latendo, quia ibi latebant aquae; ydor graece  
 aqua, inde ydriae dicuntur uasa receptui aquarum parata. 15  
 Gaudia .i. fantasia, imaginatio quaedam poetae est, quoniam insen-  
 sibili rei dat sensum .i. ut desinerent esse quod [non] erant, et in-  
 ciperent esse quod non erant. Inociduas uuas .i. indeficientes  
 fideles, nunquam perituros. Pampinus est folium nitis, quod a calore  
 solis et iniuria imbrium protegit racemos. Ita diuina protectio fideles 20  
 sanctae ecclesiae, ne deficient, (ab) aduersantibus huius seculi prote-  
 git et munit. Post .i. postea, postquam in uinum conuertit aquam.  
 Febris. Febris dicitur a feruendo, et licet a calore dicatur non-  
 nunquam frigida est, et in diuina scriptura omnes infirmitates  
 febris dicuntur nomine. Quantum imperii, uirtutis. Admiratio 25  
 est; quantum illius rei dicimus, ut quantum uini, quantum aquae.  
 Rura .i. uillas. Casas .i. domos pastorales. Castellum,  
 diminutium a castris. Candore miser .s. alii gaudebant  
 propter suum candorem, iste contristabatur, quia lepra gaudet  
 in corpore. Lepra graece uarietas, inde leprosus dicitur qui 30  
 uariis coloribus maculosum corpus habet. Quaeritur, cur leprosus  
 in uia occurrit domino; quia lex praecipiebat, ut omnis leprosus a  
 consortio communis habitationis separetur. Febris .i. febris, licet  
 a feruore dicatur, aliquando tamen frigore corpus cruciat. In

funere .i. in dubia morte. A funibus funus mors dicitur. <Funes> .i. v. 34—33  
 candelae, candelae sunt funes cera obliti. Coquebat, quia primum  
 frigida est febris, postea calida. Fontem dicit fidem mulieris,  
 quae in corde latebat. Iras .i. uexationes nigrorum dicit, non  
 5 quod spiritus nigri sunt, non enim accidit color nisi corporibus,  
 sed nigros dicimus damnatos uel mortuos a graeco, quod est  
 nicos, et maligni spiritus propter malignitatem dicuntur nigri,  
 quia licet perpetualiter uiuunt, tamen mortui sunt felicitati aeter-  
 nae. Honorem dicit hominem, quia homo honor est omnium  
 10 naturarum, per illum enim omnia honorantur. Norat .s. Christus;  
 diabolus secundum substantiam dei est, quia ipse eum creauit,  
 secundum autem id quod malus est, non est dei, quia deus eum  
 bonum creauit et cuncta ualde bona fecit. Arentes algas .i.  
 siccas herbas. Algae dicuntur purgamenta matris uel alicuius rei,  
 15 ideo marina loca petiit, ut ibi quisquis deum uerum esse monstra-  
 ret. Cymbae .i. nauiculae. Cymba graece, cumba latine.  
 Librabant .i. tendebant, modificabant. Librare proprie est aliquid  
 in altum extendere. Ratis proprie est incastratura trabium uel  
 strues lignorum. Flabris .i. uentis, inde flabellum diminutiue  
 20 paruus uentus. Hyems est quarta pars anni, sed abusiue pro  
 tempestate ponitur. Procellis .i. magnis undis; procella est  
 uentus cum aqua mixtus. Vada salsa .i. salinae aquae maris.  
 Poeticum est quod dicit salsum, quia mare Galileae dulcem habet  
 aquam,abilem ad potandum .s. ideo dicit hoc, quia genera-  
 25 liter dicitur ab amaritudine, et sciendum quia nauigationes domini  
 in mari fuisse Galileae dicuntur. Naufragia .i. periculosa  
 putabant se naufragia passuros. Dormire est quiescere, dormire  
 ante quietem pigritare et somnulari. Citus .i. cito; uerba  
 turbatorum, in turbatis enim non est continuus sermo sed sepa-  
 30 ratus. Exiliens .i. gaudens propter Christum. Auidas .i.  
 cupidus. Pennas dicuntur habere uenti propter suam uelocitatem.  
 Prosiluere .i. cum impetu exilierunt; gemino dixit, quia duo  
 erant. Mala .s. supplicia. Legio. Legio est  $\widetilde{\text{VI}} \cdot \text{DC} \cdot \text{LXVI}$  demones;  
 legio kera dicitur graece, macedonice phalanx. Duplex, quia  
 35 interius erant demones peruasi, exterius uinculis inretiti. Pro

1 candelam A      7 nikros A = νεκρός cf. p. 346, 3      26 fuer  
 in mg. A      33 sexingenti in mg. A      34 kera A

v. 83—142 *meritis*, quia dignum erat, ut inmundus mundum peteret. Oletum et olidum idem est et sunt ton meson, unde semper egent epitheton .i. adiectiuo nomine. Phalanges .i. multitudines et est lingua Medorum, quod dicimus legiones. Horrens .i. toruus, horribilis; tria sunt epitheta sine coniunctione, quae figura uocatur asyndetos. Sine usu, .i. sine officio. Cum dicit resoluta ostendit, quid sit paralis. Lisis, solutio; paralis, resolutio, inde paralicus per sua membra resolutus. Vincula .i. compaginationes. Nerui sunt uincula corporis, cum uero resoluuntur laxum et fluuidum reddunt corpus. Malis .s. infirmitatibus. 10 Quinque modis datur infirmitas: primo propter gloriam dei, ut laudetur deus sicut in Lazaro et in caeco nato; secundo ad custodiam uirtutum sicut Paulo, ne insolesceret tanta magnitudine; tertio ad augmenta uirtutum sicut Tobiae et Iob, qui patienter ferentes infirmitatem sanctiores fuerunt; quarto propter peccata sicut huic 15 paralitico; quintus modus est reproborum, qui hic ideo incipiunt torqueri, ut per haec tormenta ueniant ad aeterna sicut contigit Herodi et Antiocho. Grata mercede .i. uicaria, quia illum, a quo portatus fuerat, portabat. Haec dicta sunt per periphrasin. Clauso .i. ultimo. Functa pro defuncta. Adultae .i. excretae, quia duodenis erat, digna iam coniugio. Spem dicit, quia in illa erat spes posteritatis. Funera .i. cadauer. Inundantem .i. profluum, nomine emorreuza .i. sanguinem fluentem. Ema graece sanguis, reuo .i. refluo. Filum uocat fimbriam uestimenti Christi. Mos erat apud Iudeos ut in .III. angulis pallii 25 fila ponerent iacintiri, ut per haec discernerentur a ceteris gentibus. Lugentia. Metonymice sunt lugentia. Culmina moesti tecti .i. deflentem domum, in qua erant deflentes, per id quod continet et id quod continetur. Moriens pro mortua. Trepidus .i. dubius. Vlulans ton meson est. Vlulatus dicitur exercitus insequens et exercitus fugiens. Funereos .i. funeri aptos .i. tibia sonantes. Vis est musicae artis, ut gaudentes plus gaudere faciat et dolentes plus dolere. Plangor .i. luctus. Frequens .i. magnus. Versis, subest cantilenis .i. qui prius plorauerunt per

2 epteton A	4 fort. nos dicimus	6 asintheos A
7 paralisin corr. in -sis A		13 tantam magnitudinem A
14 thobie A	23 emat A	27 metonomie A

dolorem, nunc plangunt propter insperatum gaudium. Contrarium esse uidetur, quod dicit euangelista 'mortua' .i. puella, et hoc quod dominus 'non est mortua'. Vtrumque tamen uerum est, nam hominibus mortua erat, illi qui suscitare eam poterat, non erat mortua, sed dormiebat. Biothanatus .i. bis mortuus, nam thanatos .i. mortalis, athanatos, immortalis. Inclite .i. generose, cleos enim v. 144—217 gloria. Filius Dauid dicitur, non aliorum patrum, quia ad eum repromissiones de filio dei specialiter factae sunt. Cognosce pro cognoscere. Torpens .i. pigrescens, deficiens. Sed domus Israel .s. tantum praecepit eis in Israel ire, ne Iudei occasionem haberent dicendi ad alios: Pergunt et nos dimittunt. Hoc nomine .s. ut Israel uocarentur. Verba sunt poetae per parenthesin. Gratis aduerbium est a gratia. Est autem gratia spontaneum donum, quod sine merito alicui impenditur, acsi diceret dominus: Et uos mei estis et oues meae sunt et pascua mea sunt. Nolite ergo uendere meis ouibus pascua .i. doctrinam uel spiritum sanctum, qui datur per inpositionem manus. Hoc dixit, ut sacerdotes exemplum haberent, quatenus ne uenderent sacerdotale ministerium. In paradyso quidam fons est, ex quo procedunt quattuor flumina: Geon ipse est Nilus; Phison ipse est Ganges; Tigris et Euphrates propriis nominibus uocantur. Synagoga dicitur congregatio, sicut ecclesia conuocatio. Dimenso .i. diminuto. Reduci .i. reuertenti. Nil tollit .s. sicut solent medici quiddam praecidere de membris, ut totum corpus sanetur. Instaurans .i. reparans. Chelydrus .i. diabolus. Cherson, terra; ydor aqua, inde chelydrus serpens, quia in terra et in aqua potest esse. Despectans .i. deorsum aspiciens. Iuges .i. continuos, ideo dicit iuges, ne per aliquot annos putares currere infirmitatem. Ima petunt .i. terrenis opibus inhiant; inhiare est intendere. Modo allegorizat. Illa mulier significat illos, qui pondere peccatorum pressi terrenis opibus delectantur. Maioribus .i. maiora miracula quam sicut fecit Moyses, plus enim fuit de duobus piscibus et quinque panibus magnam multitudinem satiare quam de inmensa largitione coturnica. Coturnix idem est et ortigometra. Cophinus et corbis et canthara idem sunt. Aucta .i. amplificata; tanta copia frag-

v. 220—270 mentorum suscepta est, quanta non fuerat apposita. Diem .i. solem. Pallor .i. nigredo. Poeticum est quod dicit rapiēte, poetae enim dicunt solem sero mergi in oceano, mane surgere in oriente. Hesperus stella est, quae surgit post occasum solis et uocatur Venus media nocte, mane uero Lucifer. Arua .i. planities maris. Arua sunt quicquid sustinent aliquid, arua auium sunt ager, arua nauium mare, arua hominum terra. Glaucis .i. uiridis coloris; glaucus dicitur uiridis, est autem color inter album et nigrum. Sub calle pedestri .i. sub itinere pedum. Genesar regio est trans mare Galileae et dicitur Genesar, generans auram 10 sibi, sicut mare tempestatem. Quot .i. quanti. Tyrus et Sidon ciuitates sunt maritimae, interpretatur autem Tyrus angustia, Sidon uenatio, quae etiam ante Sarra uocabatur . . . Pro uitio .i. infirmitate. Cham fuit filius Noe, unde omnes Chananei dicuntur. Odoratae, quia cibus odorem accipit; odorum est quod ex se 15 ipso odorem dat, odoratum quod aliunde accipit sicut uestimentum, odorisecum quod insequitur odorem sicut canis. In sentibus .i. in errore gentilitatis. De gramine .i. de doctrina euangelii .i. de scientia diuinarum scripturarum, quae Hebreis datae sunt. Hebrei enim tunc in deum credebant, aliae uero gentes nondum credebant, 20 unde psalmista: Notus in Iudea deus. Attemperat .i. coaptat; organum uocat officia membrorum, nostrum enim corpus quasi ex officio musicae artis constat, quia sicut musica ars foris fidibus temperatur, ita corpus aequalitate elementorum. Nam infirmitas corporis nil aliud est nisi inaequalitas elementorum, sanitas uero 25 aequalitas illorum est. Organa concordia membrorum; nerui sunt uincula corporis. Geminanda .i. multiplicanda .s. si ieiuni reuertentur, ipse labor itineris famem auget. Qua .s. turba. Enorme .i. inmensurabile; norma est regula uel mensura, inde enormis, cuius per sui magnitudinem mensura non potest inueniri. 30 Secundi .i. feminei, primus sexus uirilis, secundus muliebris. Et aetatis .s. secundae .i. pueri uel prima aetas est infantia, secunda pueritia. Reliquias suas et culmina eadem sunt, est autem

21 Psalm. 75, 2

9 genaser (a ex e) A      11 tirus A      16 uestis etum A, in  
mg. odorisecum m. 2      18 in °rore A<sup>1</sup>

epexegetis quae fit, quando una res aliis uerbis bis repetitur. Sportarum. Sporta est uas ex foliis palmarum contextum. Poetice dixit expauisse ipsam famem, messem uocat ipsas reliquias. Lichnus. Lichnus graece, latine lucerna. Clarum communis figura est, quae graece dicitur *κοινόω*. Ignotos, quia antea eos non uiderunt. Alfa prima littera est Graecorum, *ω* ultima. Enachos licet postea sit, non est littera sed character numeri, et per haec significatur 'deus initium et finis', sicut ipse dicit in apocalypsi: Ego sum alfa et *ω*, primus et nouissimus. Principium intelligitur Christus per Moysen, qui in tertia mundi aetate fuit, finis per Heliam, qui in quinta aetate fuit prope iam sextam, et adhuc uiuit uel inter Heliam et Moysen stetit, quia ipse initium et finis prophetiae. Limine uitae .i. in ingressu quasi in ostio resurrectionis stans, quia iam ultima aduenerat aetas, in qua electi resurgentes ad uitam aeternam erant transi-  
 15 turi. Deiectus lumina. Figurata locutio .i. deiecta lumina habens, in deiectione oculorum eius humilitas ostenditur. Tributum .i. uectigal et dicitur a uehendo. Totus mundus reddebat censum Caesari .i. V. anno unum nummum aureum. Per alios .V.  
 20 unum argenteum et per alios aereum; ter quini .XV. et hoc est indictum uel indictio. Gerulum .i. portitorem, piscem uidelicet qui habebat in ore staterem .i. duo dragmata. Dragma est genus nummi, quod appendit .X. denarios, hinc dicitur quasi decima pars dragmatis sit, dragma uero aliter est duo denarii et dimidium.  
 25 Idem est et stater, praeterea statera dicitur ubi aliquid ponderatur. Aliter dragma dicitur graece, latine fabula; inde dragmaticum carmen dicitur fabulosum. Aulae .i. in aula .i. in palatio. Aula dicta est ab aulaeis .i. cortinis. Est autem aula domus regalis. Non annis, quia non possumus, sicut apostolus 'Estote paruuli  
 30 malitia, sensu autem perfecti'. Nec resupina .i. superba, resupinos dicimus superbos, qui resupini et erecti solent incedere.

8 Apoc. 1, 8

29 I Cor. 14, 20

1 repetit̃ A      5 KOENY A      9 apocalipsis A      11 <sup>h</sup>eliā  
 A      12 fecit A<sup>1</sup>, corr. stetit m. 2

## IN LIBRVM III.

v. 1—52 Placidus .i. tranquillus. Iudea generaliter regnum omne Iudeorum dicitur, specialiter uero illa pars meridiana, in qua erat Hierusalem et tribus Iudea et Benjamin cum tribu sacerdotali, quae etiam Iudea appellatur. Camelus a graeco uenit, quod est 5 camir .i. curuum, est enim curuum animal, curuum et gibberosum aptum ferendis oneribus. Fertilitate .i. habundantia. Velle est .i. uoluntas illius opus est. Mitescere .i. uilesce. Sensus .i. substantiam .s. auferendo ab eis sollicitudinem diuitiarum. Hoc impossibile est, ut diues amator diuitiarum ingrediatur in 10 regnum caelorum. At alto deo possibile est omneis, quia ipse potest facere, ut diues diuitias suas pauperibus tribuat et pauper factus deum sequatur. Aerugo et rubigo uitium est metallorum; aerugo uero segetum dicta ab auro, eo quod aureum colorem in se habeat. Tinea est uermis quicquid conterit adurens, et per- 15 tinet ad uestes, aerugo uero ad aurum. Nec famulatur .i. oboedit, quia hic famulatur aurum furibus, cum se permittit auferri. Considerare a uerbo sideo sidis, considerare .i. residere. Vagas auras .i. uacuum aerem. Bethania uiculus est in latere montis oliueti mille passibus ab Hierusalem distans. Ficus dicitur a fe- 20 cunditate, aliquando enim pomum maturum habet, aliquando acerbum. Frondea pro frondosa dixit. Frondeum est quod constat ex frondibus .i. ex uirgis, unde fit scena .i. umbraculum, frondosum uero quod habet frondes sicut arbor. Repperit esuriens .s. non ideo quaesiuit dominus fructum in ficu uel quod ignorat, quia non 25 erat tempus, et secundum euangelistam non erat tempus, ut haberet fructum. Quid ergo peccauit arbor? Nihil, sed illa arbor significat synagogam Iudeorum, ubi Dominus nullum fructum inuenit et ideo maledixit illi. Stipite. Stipes est proprie truncus, de quo rami procedunt .s. hic pro tota arbore posuit. Sucis .i. uirore, uiduare 30 est derelinquere, inde uidua derelicta. Nil fertile nutrit .i. nihil boni. Modo allegorizat. Allegoria est inuersio, quando

de littera transit ad spiritalem intellectum. Amoeno .i. pulchro. v. 54—92  
 Amoenus locus dicitur aptus uoluptati. Palma. Palma dicitur  
 quasi pacis alma, eo quod uictoribus datur uel eo quod ad  
 similitudinem manus sit insita. Et bene iustus comparatur  
 5 palmae, quia non habet palma fortitudinem et fundamentum  
 in radice, sicut aliae arbores, sed exilis est et in summitate crassa  
 ibique habet fundamentum, ita et sancti non respiciunt in  
 terram nec curant de terrenis .s. in caelestibus habent omnem  
 fortitudinem. Libanus mons est in Iudea, ubi nascuntur cedri,  
 10 altissimae arbores et interpretatur Libanus dealbatio. Tacendo:  
 quia tacendo demonstrat se mutum esse, cum solitum sit homini-  
 bus suas infirmitates loquendo declarare. Pharisei interpretan-  
 tur diuisi, qui merito speciali sanctitatis se a cetero populo diui-  
 debant. Dicti a Phares filio Iudae. Incumbens .i. retro stans.  
 15 Flagrante .i. nardo pretioso redolente. Fouens .i. ungens;  
 pedes domini significant eius humilia membra, ille pedes domini  
 lauat lacrimis et tergit capillis, qui pauperibus compatitur et  
 necessitatem illorum suam putat. Vnguento fouet eos cum bonae  
 opinionis odorem de se emittit. Nulla enim manus uacua a munere,  
 20 cuius arca cordis plena fuerit bona uoluntate. Capharnaum  
 ciuitas est in monte Tabor posita. Synagoga dicitur congregatio  
 sicut ecclesia conuocatio uel conuentus. Erat domus apud  
 Iudeos, quae synagoga uocabatur, in quam conueniebant die sab-  
 bati ad audiendam et docendam legem, sicut nunc in ecclesia fit.  
 25 Proteruo .i. horribili, proteruus dicitur quasi porro toruus .i.  
 ualde horribilis. Quid nobis et tibi .s. commune est uel quod  
 nobis pertinet. Cur nos uenisti perdere .i. damnare. Et sanctum  
 .s. te esse filium dei. Minora enim dicebant demonibus, quibus  
 utcumque promissum est nosse filium sanctum Dei, minora uero  
 30 nescierunt, usque dum gloria et fortitudo eius fregit infernum. De-  
 mones enim quamuis dignitatem perdiderunt, naturam tamen non.  
 Sunt enim ut dicit Augustinus corpore aera animalia, spiritu  
 aeterna, animo maligna et sunt naturae subtilioris ideoque futura  
 aliquando praeuident. Tria latuere diabolus: partus uirginis,  
 35 diuinitas hominis, passio redemptoris. Demons accentus grae-

v. 92—148 cus, ideoque corripitur. Prohibet .i. non uult, ut per talem testem annuntietur, quia non est pretiosa in ore peccatoris. Nigrae mortis. Nigram mortem dicit a graeco, quod est nicros. Nam nigros appellamus mortuos, sicut et candidos uiuentes. Amicum. Amicum illius dicimus, amicum illi possessiuum est, amicus 5 illi aduersiuum. Legens .i. nauigans, unde Virgilius: Legunt uela .i. nauigant. Spiramina. Spiramina uocat sensus, per quos spiramus. Ruptis penetralibus .i. interioribus reseratis; penetrabile est secretum penetrabile, quod penetrari potest. Procumbens .i. damnate oculis. Speciem simulatae mortis uocat 10 caecitatem, qua mortui non uident. Stagna .i. mare. Stagnum dicitur a stando, ubi aqua stat. In alno .i. in nauicula. Alnus est species arboris, de qua sunt naues, ponit autem speciem pro genere. Aquosis gentibus .i. piscibus. De piscibus gentes dicit, sicut Virgilius de apibus 'gentis adultos educunt foetus' et idem 15 ipse de piscibus 'ibat eum uasti circum gens humida ponti', cum de Proteo loqueretur. Exequiis. Exequiae sunt officia, quae mortuis inpenduntur, dicta ab exequendo. Funere .i. morte, funus dicitur mors a funibus .i. candelis. Candelae sunt funes cera obli. Vrna .i. sepultura uel mariti uel filii. Vrna uas erat 20 apud antiquos, ubi cineres mortuorum solebant recondi, unde pro sepultura ponitur, idem est et memoria. Feretro. Feretrum graece, latine capulus a capiendo. Feretrum et faretra ab uno graeco, quod est foron ueniunt .i. ferre. Vnum enim fert mortuum, alterum mortem. Residens et loquens duo signa sunt uitae, et est 25 hystero-logia, primum onim reuixit, deinde resedit. Candida pompa .i. laeta gloria. Mos antiquus erat, ut in aduersitatibus et doloribus pullis uestibus .i. nigris induerentur, in prosperitate uero et in laetitia candidis, hoc est quod dicit candida pompa. Squameus pro squamosus. Anguis dicitur squamosus .i. squamas 30 habens, sicut piscis ad modum loricae, unde inuulnerabiles sunt. Gehenna compositum est ex ge et enna et interpretatur uallis gratuita; ge enim hebraico uallis dicitur, Hennon quidam homo

6 cf. Aen. III 532

15 Ge. IV 162

16 Ge. IV 430

15 eidem A

16 enim A

22 &amp;ordia A

fuit, a quo dicta est ista uallis, ad quam confugerunt filii Israel  
 recedentes a templo dei propter amoenitatem illius loci, ubi ado-  
 rauerunt idola, quia fons Siloa irrigabat eam. Tunc dupliciter ibi  
 perierunt: anima, quia idola coluerunt, corpore, quia ab hostibus  
 5 interfecti; inde gehenna ponitur pro inferno, quia ibi est duplex  
 poena: calor et frigus. Septem gyros. .VII. reuolutiones; idem v. 149—192  
 est septena uolumina, septenarius numerus pro plenitudine ponitur,  
 quia omne tempus huius saeculi per .VII. dies uoluitur; unde .VII.  
 pro plenitudine demoniorum, quae in ipsa erant, posuit. Vipereas  
 10 .i. uenena diaboli. Vipera dicitur eo quod ui pariat, nam interfecta  
 matre nati exeunt. Cessante .i. quiescente. Simulastis .i.  
 finxistis .s. praue uiuendo, per miracula bonos uos uoluistis osten-  
 dere et cum iniquas res ageretis, diuina fingebatis uos opera facere.  
 Quidam sunt, qui cum uiderint homines facientes miracula, non  
 15 uitam sed miracula attendunt; deus uero potius bonam uitam quam  
 miracula respicit. Carminibus .i. incantationibus. Figuras .i.  
 non ueras sed falsas. Nota est historia: uirga uersa in ueracem dra-  
 conem. Deus enim potestatem habet creaturam suam mutare in-  
 quamcumque uoluerit. Magi uero non habent potestatem creaturae,  
 20 sed oculos intuentium fascinant .i. decipiunt. Fascinum dicitur laus  
 inuidiosa, inde fascino, fascinas. Post .i. posthac. Facili .i.  
 leui, quia mos est diuitum ut difficile inuitentur, sed dominus  
 facili precatu uenerat ad domum Pharisei. Phares fuit filius Iudae,  
 a quo Pharisei dicuntur et interpretantur diuisi. In spatium  
 25 uteri .i. quasi totum effectum fuerat uenter. Ydrops: ydor  
 graece aqua, inde ydropicus aquaticus, ydrops est intercutaneus  
 morbus et dicitur latine ueternus, ydropicus morbus est ex uitio  
 uesicae natus cum turgido uentre et anhelitu foetido. Fluidus,  
 quia quo plus bibit, eo amplius sitit. Lacum .i. corpus ydro-  
 30 pici; lacum appellat uentrem, aqua ueluti in lacu. Adibat  
 dominus domos principum, non quo indigeret eorum epulis, sed ob  
 eorum famulos, quia seruitio detenti eum adire non poterant et eius  
 praedicationem audire, nam aequae de omnibus curabat. Portenta.  
 Portentum est quod subito apparet et aliquid praetendit. Idem est

1 c̄fuger<sup>i</sup> A      10 pareat A      31 domos ex domus A      prin-  
 cipiū A      34 fort. portendit

et prodigium, signum quod subito tantum est et nihil significat.  
 v. 192—266 **Lepra.** Lepra est porrigo uel prurigo siue ebullitio, quia humor  
 putridus a corpore defluit; ipsa lepra portentum. Obscenis .i.  
 cum turpibus. Obscenas aues dicimus, quae malum omen .i. au-  
 gurium ferunt et tunc componitur a cano uerbo. Obscenus uero .i. 5  
 turpis a ceno componitur .i. ab luto. Reduci .i. conuerso. Redux  
 dicitur qui de aliquo periculo uenit. Christus namque est uerus  
 sacerdos, qui se ipsum et non aliam hostiam pro mundi salute in  
 ara crucis obtulit. Melchisedech interpretatur rex iustitiae.  
 Melchus rex, side iustitiae, qui nomine et actu Christum ostendit; 10  
 actu quia Christus panem et uinum in mysterium corporis et san-  
 guinis sui instituit, sicut enim Melchisedech legitur primum pa-  
 nem et uinum deo in sacrificium obtulisse. Importuna .i. infesta  
 perseuerans. Portus est statio et requies nauium, hinc inportunus  
 dicitur quasi sine portu et sine requie. Vnanimum .i. carum, 15  
 fidum. Petebat panem .i. rogabat. Peto te illam rem, et peto  
 a te illam rem. Foribus clausis. Fores proprie sunt portae,  
 quae foris aperiuntur, ualuae quae intus. Obnixe .i. et confidenter;  
 tot aduerbia ponit, ut ostendat instantiam negantis. Accola .i.  
 alienigena. Accola dicitur qui aliunde ueniens alienam terram iucolit. 20  
**Testudine.** Testudo dicitur instar huius animalis facta testudo.  
 Testudo est camera curua domus, quae iu templis fiebat ad simili-  
 tudinem scenae. Testudo etiam densitas scutorum, qua militum  
 capita protegebantur ad similitudinem animalis testudinis, quod  
 durissima testa munitur. Ad peruia .i. ad rectitudinem boni 25  
 operis. Peruius est locus, ubi est uia. Reatus omnis culpa, quae  
 reum facit. Moechae .i. adulterae. Moechus dicitur adulter, inde  
 mechanica ars uocatur, quae tanta subtilitate fit, ut oculos intu-  
 entis fallat. Per claustra .i. per orbis oculorum. Consan-  
 guinei limi. Affectate dixit consanguinei, quia homo et limus 30  
 consanguinei sibi sunt .i. uicini. Nam homo ex limo formatus in  
 limum reuertitur. Mystica: mysticen dicunt Graeci secretum, inde  
 mystica miracula dicuntur Christi, quia licet corporaliter fierent,  
 spiritaliter tamen aliquid insinuant. Natas, quia in tenebris  
 eramus. Iste caecus genus humanum significat. Per sputum sapi- 35  
 entia dei designatur. Spiritus enim a capite in os defluit, similiter

sapientia defluit sicut ipsa dicit per Salamonem: Ego ex ore altissimi prodii. Ex sputo ergo et terra dominus lutum fecit, quia diuinitas humanae naturae sociata est. Allegorizat. Per sputum intellegitur diuinitas, per terram humanitas, quae simul in Christo  
 5 coniunctae causa nostrae salutis extiterunt. Abluta causa v. 269—303  
 metri corripuit. Bethania ciuitatula in radice montis oliueti non longe ab Hierusalem distans, stadiis .XV., et interpretatur domus oboedientiae. Lazarus interpretatur adiutus. Populatio .i. multitudo populi et est uerbum affectatum et noue inuentum. Secun-  
 10 dum hominem flebat deus, quia diuinitas impassibilis non subiacet passioni. Post funera .i. post mortem. Funus est proprie cadauer mortui hominis dictum a funibus .i. candelis. Lethale chaos .i. mortalis confusio. Lex perit. Lex mortis est, ut semel acceptum retineat et nunquam reddat. Caduca culmina .i. transitorios  
 15 honores. Phaleris .i. bullis. Phalerae dicuntur generaliter omnia ornamenta equorum, graece ephippia dicuntur. Ostro .i. purpura. Ostrum dicitur purpura ab ostreis .i. pisciculis, quorum sanguine tinguitur. Aurum .i. frenum aureum, indicium opimi equi est sanguinolentas ab ore spumas eicere. Honos pro honor. Non  
 20 fuit impar .s. aequalis dignitatis fuit iste asinus, cuius et ille, qui agnouit Christum in praesepe. In solido .i. duro. Alloquitur gentiles.

## IN LIBRVM V.

Cooperat .i. aduenerat dies, in qua Iudei pascha celebrare v. 1—19  
 25 debebant. Pascha dicitur a transitu, non a passione ut quidam dicunt. Ista enim die transierunt filii Israel ex Aegypto. Pascha autem erat apud Iudeos agnus, qui immolabatur ad uesperum. Gloria .i. maiestas Christi. Pulchra locutio est, quando pro persona per circumlocutionem declaratur qualitas, ut Virgilius 'robu  
 30 Troianorum' .i. Hector, ita dicitur gloria domini .i. Christus. Clarificem .s. in resurrectione. Consonam .i. consors; quia

1 Eccl. 24, 5            29 cf. Aen. II 281

6 caucula A            23 lib .III. (in marg. m. 2) A

patrem uocauerat, respondit ei pater. Ita uox non fuit dei patris substantialiter, sicut columba non fuit Spiritus sanctus nec ex aliis columbis generata, sed ex aere, ita ista uox non fuit patris substantialiter, sed signum ut demonstraretur Christus filius dei.

v. 20—97 Annua, quae singulis annis celebrabat; annua .i. uniuersalis, quia 5 uno quoque anno in mense primo .i. Aprili, qui hebraice nisan uocatur, apud Iudeos pascha celebratur. Et sciendum, quia Iudei non habebant computum, sed per XXX dies numerabant mensem et lunam. Prima die mensis faciebant primam lunam, decima die decimam, quarta decima die quartam decimam et tunc immolabatur 10 agnus et fiebat pascha. Ex more .i. iñ comedendo agnum cum suis discipulis secundum consuetudinem Iudeorum. Humilem. Humilis dicitur quasi adclinis. Sepulchrum albae formae est deforis, intus uero corruptione plenum mortuorum, dicitur autem sepulchrum quasi sine pulsu .i. sine flatu. Liur proprie est 15 tumor plagarum, aliquando autem pro inuidia ponitur ut in hoc loco. Pactus .i. promittens, pollicens. Paciscor duo praeterita habet, pepigi et pactus sum et est polissemus sermo .i. multa significans. Paciscor pacem facio et promitto sicut in hoc loco. Paciscor .i. adipiscor, ut Virgilius mortem pro laude pascisci .i. 20 adipisci. Nomisma a nomine dicitur, quia denarius nomine regis insignitur. Sterili matre .i. utinam fuisset mater eius sterilis, ut non potuisset nasci. Sors melior .i. fortuna. Primum optat poeta, ut non fuisset ille natus, et si natus, ut cito mortuus esset. Fusus .i. natus. Signifer .i. signa ferens. Ipse enim signum 25 osculo ferebat. Premis .i. est imprimis. Pax in enses .i. in praelia. Enses pro bello posuit. Per id quod efficit, id quod efficitur, intellegitur. Aut. Lupus numquam osculatur agnum. Puero .i. Malcho. Parce .i. cessa. Parco multa significat .i. indulgeo uel seruo, inde parcas apes dicimus seruatrices mellis. 30 Et parco est cesso, sicut in hoc loco. Aliger .i. alas gerens. Concilium .i. ipsa multitudo, consilium res de qua agitur, conciliabulum ipse locus. Mille, finitus numerus est pro infinito. Vanis fauillis .i. sentiis uel mala intentione. Fauilla est cibi ignis et dicitur a graeco, quod est fage .i. comedere. Pul- 35

sare .i. percutere, colapte graece cudere, inde colaphus .s. colli incussio, uel caedere .i. alapas dare. Plausit .i. fuit, v. 103—156 arrisit, quia ante sub seruitute diaboli eramus. Alapa est incussio faciei dicta a lata palma. Infectum .i. imperfectum .s. 5 sed factum. Sanctio .i. promissio. Damnauit .i. puniuit .s. illud opus, quod fecit quando erat inmemor, damnauit quando fuit memor. Cedunt .i. recedunt. Delicta. Delictum est, quando id quod agere debemus dimittimus, et dicitur quasi derelictum. Rigeo facit praeteritum rigui, inde dirigeo .i. durum facio. 10 Commercia .i. pretia. commercium .i. commutatio mercium et proiecit in corbanan. Corbanan enim est gazophilatium, ubi dona populi recondebantur. Corban donum, inde corbanan donarium, ubi reges et principes dona condebant in sabbato. Incassum. Casses dicuntur retia araneorum, inde aduerbium incassum .i. inutiliter. 15 Vertat .i. subuertat. Sanior .i. iustior. Angens .i. constringens, suffocans. Recte per guttur suspensus fuit, quia de illo male locutus est, de Christo. Iudas inter caelum et terram periit, et ut quidam dicunt in ficu, quia non erat dignus, ut ab his elementis reciperetur. Refuga, retrorsum uadens. Apostata graece, retro 20 conuersus latine uel retro cedens. Hinc uerbum apostato, apostatas et nomen apostasia ipsa res .i. retrocessio. Et iste Iudas apostata fuit, quia apostolorum dimisit consortium et Iudeorum caecitati se sociauit. Ad iugulum .i. ad decollationem. Iugulum prope est collum, inde est quod iugulare dicimus decollare. Lucus. Lucus 25 est locus amoenus et arborosus. Iudei in siluis et in excelsis locis adorabant idola. Idolum dicitur quasi idos dulos .i. seruitus formae et deriuatur idolum ab idea sicut formula a forma. Tunc .i. antiquo tempore. Barrabbas interpretatur filius patris eorum .i. diaboli, bar graece filius, abbas pater uel barrabas per duo .r. 30 filius magistri eorum. Rabbi enim hebraice, latine magister. Iussus .s. fuit, pro omnibus Christus passus fuit, etiam pro latrone. Omnis enim non semper generaliter ponitur sed particulariter, quia dominus passus est non pro malis. Torua falx. Falx est ferrum unde inciditur foenum, per falcem intellegitur maledictio Iudeorum,

24 locus (u a m. 2) A  
27 diriuat̃ A

25 sil:uf (i eras.) A

26 fort. ido-

quando dixerunt: Sanguis eius super nos et super filios nostros. Sicut enim falce inciditur foenum, ita Iudei ista maledictione incisi  
 v. 158—203 sunt. Vigili .i. sagaci. Lauisse pro lauare. Sacrum, quod  
 praestat ueniam. Implet arundo manum: cum dicit implet, de-  
 monstrat, quod magna fuit. Arundo idem est et ferula. Scep- 5  
 trum inualidum .i. infirmum, quia exilis et flexibilis herba est.  
 Vacuum .i. quia non habet medullam. Moxque .i. postquam  
 illusus fuit, Christus in alienis uestibus illusus fuit. Allegorizat.  
 Hoc accepto alieno dimisit proprium uestimentum et iterum acce-  
 pit, significat quod depositurus erat mortalem carnem et iterum 10  
 sumpturus resurgendo inmortalem. Vt mutabile .i. mortale.  
 Vinum felle. Mirra et fel amarissimum reddunt uinum. Dis-  
 criminis .i. supplicii. Supplicium .i. tormentum. Ideo cru-  
 cem elegit, ut leuius nos saluaremus a diabolo et eius fraudibus  
 inposito signo crucis, quia si lapidatus fuisset, ut Iudei uoluerunt, 15  
 portarem lapidem in signum eius. Cruce sua dominus continet  
 totum mundum sicut ipse dicit: Cum exaltatus fuero a terra, om-  
 nia traham ad me ipsum. Positus ergo in cruce dominus uertice  
 tenuit orientem, pedibus occidentem, dextra septentrionem, laeua  
 meridiem. Hae sunt quattuor partes mundi, quae graece ita uocan- 20  
 tur: Oriens anathole, occidens disis, septentrio arctos, meridies  
 mesimbria. Colligit .i. coniungit. Tribus linguis scriptus est  
 iste titulus: hebraice propter diuinam scripturam, ut uidelicet  
 omnis lingua secundum uocem apostoli confiteatur, quia dominus  
 Iesus Christus in gloria est dei patris. Ergo Iudei uelint nolint 25  
 confitentur, quia Christus rex Iudeorum est; graece propter huma-  
 nam sapientiam, quia Graeci multas artes inuenerunt; latine propter  
 romanam potentiam, omnibus gentibus paene imperabant. Exu-  
 uis .i. spoliis, exuuias sunt proprie pelles ferarum exutae a mem-  
 bris earum, sed abusiue pro omni spolio ponuntur. Scisma 30  
 graece scissio, hinc et scismatici haeretici, qui se scindunt a fide  
 catholica. Licet unum fuerit iudicium .i. supplicium crucis Christo  
 uidelicet et latronibus, non fuit tamen unum meritum, quia Christus  
 propter nostram salutem pendebat. Sententia .i. iudicium. Reus

1 Matth. 37, 25

17 cf. Ioh. 12, 32

6 fexibilis A

7 .i. quia] Iy( A

31 scismata A

ton meson .i. in bono et in malo, in malo sicut in hoc uersu, ubi hi mundo damnabiles .i. rei; in bono sicut in sequenti uersu, ubi reus est mundus .i. obnoxius et debitor, quia debet illi aeternam fidelitatem. Conuicia a uicinis dicuntur, quia uicini inter se v. 214—265

5 probra iactant. Colligit .i. coadunat, facit apostropham ad paradisum. Edem hebraice, paradisus graece, hortus latine. Violentum .i. pro grandi uiolentia. Facinus ton meson est, sicut et facio, a quo deriuatur. Aliquando enim bonum facinus dicitur. Polum .i. caelum, non partem sed totum nuncupauit, quia eclipsis partem

10 poli tenet, quando fit secundum naturam. Sed tunc non fuit naturalis, sed signum. Et sciendum quia eclipsis solis nunquam fit nisi in tricesima luna uel in prima, tunc quarta decima erat. Exequiis .i. seruitiis: exequiae dicuntur, quae secuntur cadauera mortuorum. Delituit .i. abscondit. A lateo componitur deliteo.

15 Non mansura diu .s. ipsa lux solis, nisi per tres horas. Mystica .i. figurata. Per spatium trium horarum significabatur, quod tribus diebus iaceret dominus in sepulchro, a sexta hora usque ad nonam. Tres horae sunt, quibus occultatus est sol. Verbum de uerbo transtulit, cum dixit mystica, secreta. Mysticon enim Graeci dicunt

20 secretum. Nec tellus sine clade fuit .i. sine damno. Modo dicit, quomodo condoluit terra, quia iam dictum habet de caelo. Supremum .i. ultimum. Supremo per duo .pp. significat ultimum et uenit a uerbo supprimo, sed hic non potuit propter metrum, supremus uero per unum .p. summum deum significat. Apex .i. sublimitas

25 Christi. Succumbere .i. deorsum cadere, putans .s. cum auctore suo ad infernum descendere. Vagas .i. mutabiles. Perdita .i. genus humanum. Consistentia .i. manentia .s. mundus. Peniculo .i. spongiae, quam circumdederunt hysopo cum arundine. Manzeribus .i. de scorto natis. Ideo Iudeos de scorto natos

30 dicit, quia uirum animae suae .i. Christum deserentes Barraban latronem quasi adulterum eligendo secuti sunt. Acetum ex optimo uino fit et dicitur quasi acidum .i. acerbum. Ita et Iudei de patribus .i. de patriarchis nati sunt. Odiosa propago .i. inimica generatio. Bonus Christus dicitur a graeco, quod est boō .i.

13 equif<sup>ii</sup> (ii a m. 2) A      seruit<sup>ii</sup> (iis a m. 2) A      19 mistichon  
 A      31 x (e a m. 2) A

